

3. Memini, gloriari solitum esse Hortensium, quod nunquam bello civili interfuisset: hoc illi tribuebatur ignaviae (Cic. Fam. 2, 16, 3).
4. Matrōnis Corinthiis Medēā persuāsit, ne sibi vitio illae vertērent, quod abesset a patria (Cic. Fam. 7, 6, 1).
5. Postquam divitiae honori esse coeperunt, paupertas probro haberi coepit (Sall. Cat. 12, 1).

### 672 (§ 466c)

1. Equitatu, quem auxilio Caesari Aedui miserant, Dumnōrix praecerat (Caes. B. G. 1, 18, 10).
2. P. Sullā, quem castris praefecerat Caesar, auxilio cohorti venit cum legionibus duabus (Caes. B. C. 3, 51, 1).
3. Marcius maturavit collēgae venire auxilio (Liv. 9, 43, 10).
4. Timotheus Ariobarzani auxilio profectus est (Nep. 13, 1, 3).
5. Pericles agros suos dono reipublicae dedit (Justin. 3, 7, 9).
6. Praetor juveni equum eximium dono dat (Liv. 23, 15, 15).
7. Locum insidiis circumspectare Poenus coepit (Liv. 21, 53, 11).
8. Quidam, praesidio castris relictis, in potestatem hostium venerunt (Liv. 22, 59, 9).
9. Vercingetōrix locum castris deligit paludibus silvisque munitum (Caes. B. G. 7, 16, 1).

### Творительный падеж. Ablativus

#### (§§ 467—499)

#### Ablativus separationis

### 673 (§ 469a)

1. Censores Mamercum tribu moverunt (Liv. 4, 24, 7).
2. Caesar nonnullos signiferos ignominia notavit ac loco movit (Caes. B. C. 3, 74, 1).
3. Siculi, se moveri possessionibus, avitis suis sedibus ac dis penatibus negant oportere (Cic. Agr. 2, 21, 57).
4. In ea conjuratione fuit Q. Curius, quem censores senatu probri gratia moverant (Sall. Cat. 23, 1).
5. Loco ille (=Catilinā) motus est, quum est ex Urbe expulsus (Cic. Cat. 2, 1, 1).
6. Virtus nunquam vi ullā labefactari potest, nunquam demoveri loco (Cic. Phil. 4, 5, 13).
7. *Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit. Omnia sede movet, nil sinit esse diu* (Anth. 232).

8. Populus Atheniensis Phociōnem et Demetrium Phalerēum patriā propulit (Nep. 19, 3, 2).
9. Timoleon incredibili felicitate Dionysium totā Siciliā depulit (Nep. 20, 2, 1).
10. Fui libenter in tua suburbāna villa malamque pectore expulit tussim (Catull. 44, 7).
11. Ephesii, quum civitate expellerent Hermodōrum, ita locuti sunt: «Nemo de nobis unus excellat» (Cic. Tusc. 5, 36, 105).
12. Aristides nonne ob eam causam expulsus est patriā, quod praeter modum justus esset? (Cic. Tusc. 5, 36, 105).
13. Phalerēus Demetrius, quum patriā pulsus esset injuriā, ad Ptolemaeum se regem Alexandream contulit (Cic. Fin. 5, 19, 54).
14. Regno est expulsus Ariobarzanes rex, socius populi Romani atque amicus (Cic. Pomp. 5, 12).
15. Germani suas copias castris eduxerunt (Caes. B. G. 1, 51, 2).
16. Nihil agere sinit morbus, qui me omnibus abduxit officiis (Sen. Ep. 78, 20).
17. *Non domus et fundus, non aeris acervus et auri Aegrotō domini dēduxit corpore febres, Non animo curas* (Hor. Ep. 1, 2, 47).
18. Hostes, muro turrique dejecti, in foro ac locis patentioribus constiterunt (Caes. B. G. 7, 28, 1).
19. Scyrum, quam Dolōpes incolebant, Cimon vacuefecit, sessores veteres urbe insulāque ejecit (Nep. 5, 2, 5).
20. Quotiens te pater ejus domū suā ejecit? (Cic. Phil. 2, 18, 45).
21. Decemviri prodeunt in contionem abdicantque se magistratū (Liv. 3, 54, 6).
22. Taurus excussit cervice securim (V. Aen. 2, 224).

### 674 (§ 469b)

1. Fabius, nihil aliud precatus populum Romanum, quam ut Appii Claudii litteras audirent, comitio abiit (Liv. 10, 24, 18).
2. Nemo erat, quin statim castris exeundum putaret (Caes. B. C. 1, 69, 3).
3. Hostes magno cum strepitu ac tumultu castris egressi sunt (Caes. B. G. 2, 11, 1).
4. Barbari nostros navibus egrēdi prohibebant (Caes. B. G. 4, 24, 1).
5. Marius evadere oppido properavit (Sall. Jug. 56, 5).
6. Ne eo quidem tempore quisquam loco cessit, sed circumventi omnes interfertique sunt (Caes. B. G. 7, 62, 7).
7. Eundem (=Brutum) vidi postea Veliae, cedentem Italiā, ne quā oriretur belli civilis causa propter se (Cic. Phil. 10, 4, 8).
8. Decedere provinciā praetor jussus est (Liv. 39, 3, 3).
9. Fustuarium meretur miles, qui signa relinquit aut praesidio decedit (Liv. 5, 6, 14).
10. Si abesse patriā miserum est, plenae miserorum provinciae sunt,



ex quibus admōdum pauci in patriam revertuntur (Cic. Tusc. 5, 37, 106).

11. *Nec calidae citius decedunt corpore febres,  
Textilibus si in picturis ostroque rubenti  
Jacteris, quam si in plebeja veste cubandum est* (Lucr. 2, 34).

### 675 (§ 469c)

1. *Sic tēnēros animos aliēna opprobria saepe  
Absterrent vitiiis* (Hor. Sat. 1, 4, 128).
2. Helvetii fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, quum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt (Caes. B. G. 1, 1, 4).
3. Apud Germanos quemcunque mortalium arcere tecto nefas habetur (Tac. Germ. 21).
4. Consul, captis castris, direptione praedaeque abstinet militem (Liv. 38, 23, 2).
5. Romano bello fortuna eum (=Alexandrum, Epiri regem) abstinuit (Liv. 8, 24, 18).
6. Magistratus templis pellebantur, alii omnino aditu ac foro prohibebantur: nemo resistebat (Cic. Sest. 39, 85).

### 676 (§ 469d)

1. Fabā Pythagorēi utique abstinere jubent (Cic. Div. 2, 58, 119).
2. In omnem vitam unguento abstinemus, quoniam optimus odor in corpore est nullus (Sen. Ep. 108, 16).
3. Ego optimum existimo, qui ceteris ita ignoscit, tanquam ipse cotidie peccet, ita peccatis abstinet, tanquam nemini ignoscat (Plin. Ep. 8, 22, 2).
4. Quale beneficium est, quod te abstineris nefario scelere? (Cic. Phil. 2, 3, 5).
5. Europā abstinete, Asiā omni, quae cis Taurum montem est, decedite (Liv. 37, 45, 14).
6. Iis (=regis Antiōchi legatis) denuntiatum est, ut excederet Asiae urbibus, quae Philippi aut Ptolemaei regum fuissent, abstineret liberis civitatibus neu quam lacesseret armis (Liv. 33, 34, 3).
7. Barbāri, signa procul conspicati, oppugnatione desistunt (Caes. B. G. 6, 39, 4).
8. Vercingetōrix, ubi de Caesaris adventu cognovit, oppugnatione destitit atque obviam Caesari proficiscitur (Caes. B. G. 7, 12, 1).
9. Ignāri, quum docti sunt a peritis, desistunt facile sententiā (Cic. Off. 3, 3, 15).
10. Hortensius me coepit hortari, ut sententiā desisterem (Cic. Acad. 2, 19, 63).
11. Omnibus aut ipse affui cladibus, aut, quibus atui, maxime unus omnium eas sensi (Liv. 26, 41, 11).

### 677 (§ 469e)

1. Obscero te, quam primum hoc me libera miserum metu (Ter. Andr. 2, 2, 14=351).
2. Epaminondas exercitum, obsidione liberatum, domum reduxit incolūmem (Nep. 15, 7, 2).
3. Multos fortunā liberat poenā, metu neminem (Sen. Ep. 97, 15).
4. Themistocles, quum imperator bello Persico servitute Graeciam liberavisset propterque invidiam in exsilium expulsus esset, ingratae patriae injuriam non tulit, quam ferre debuit (Cic. Lael. 12, 42).
5. Magna curā liberatus sum (Cic. Verr. act. 1 9, 26).
6. L. Brutus civitatem dominatu regio liberavit (Cic. Planc. 25, 60).
7. Non liberat diadēma capitis dolore (Bind. 2185).
8. Egredere ex Urbe, Catilina, libera rempublicam metu; in exsilium proficiscere! (Cic. Cat. 1, 8, 20).
9. Voluptate illā tanquam rabioso cane, liberatus sum (Aeschin. Ep. 5, 5=p. 147 Didot).
10. Roscius, culpā liberatus et crimine nefario solutus, cupit a vobis discedere (Cic. Amer. 49, 143).
11. Nihil est praestabilius viro, quam periculis patriam liberare (Cic. Mil. 35, 96).
12. Ligarius omni culpā vacat (Cic. Lig. 2, 4).
13. Sapientis animus semper vacat vitio (Cic. Tusc. 3, 9, 19).
14. Nulla vitae pars vacare officio potest (Cic. Off. 1, 2, 4).
15. Omnis castigatio contumeliā vacare debet (Cic. Off. 1, 25, 88).
16. Et legibus et institutis vacat aetas nostra (=senilis), muneribus iis, quae non possunt sine viribus sustineri (Cic. Sen. 11, 34).
17. Is ordo (=senatorius) vitio vacato, ceteris specimen esto! (Cic. Leg. 3, 3, 10).
18. Quidam nequēunt, qualis animus sit vacans corpore, intellegere et cogitatione comprehendere (Cic. Tusc. 1, 22, 50).
19. Omnium rerum naturā cognita, levamur superstitione, liberamur mortis metu (Cic. Fin. 1, 19, 63).
20. Leva me hoc onēre! (Cic. Fam. 3, 12, 3).

### 678 (§ 469)

1. Dat tubā signum suis Vercingetōrix atque ex oppido edūcit (Caes. B. G. 7, 81, 3).
2. Hamilcar hostes a muris Carthaginis remōvit (Nep. 22, 2, 4).
3. Vercingetōrix adversarios suos, a quibus paulo ante erat ejectus, expellit e civitate (Caes. B. G. 7, 4, 4).
4. Athenienses optime meritos cives e civitate eiciebant (Cic. Flacc. 7, 16).
5. Potes ex casa vir magnus exire (Sen. Ep. 66, 3).
6. In eundem portam, ex quo eramus egressi, magnā jactati tempestate, confūgimus (Cic. Tusc. 5, 2, 5).



7. Galli, silentio ex castris egressi, ad campestris munitiones accedunt (Caes. B. G. 7, 81, 1).
8. Tu, me ab ea abesse urbe, miraris, in qua domus nihil delectare possit (Cic. Fam. 5, 15, 4).
9. Res familiaris quaeri debet iis rebus, a quibus abest turpitudō (Cic. Off. 2, 24, 87).
10. Scipiōnis consilio atque virtute Hannibal in Africam redire atque ex Italia decedere coactus est (Cic. Cat. 4, 10, 21).
11. Alcibiades a caritate patriae non potuit recedere (Nep. 7, 8, 1).
12. Est non modo liberale paulum nonnunquam de suo jure decedere, sed interdum etiam fructuosum (Cic. Off. 2, 18, 64).
13. Docemur auctoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostram tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere (Cic. De or. 1, 43, 194).
14. Homines ab injuria non poenam, sed naturam arcere debet (Cic. Leg. 1, 14, 40).
15. Tu, Juppiter, hunc (= Catilinam) et hujus socios a tuis ceterisque templis, a tectis Urbis ac moenibus, a vita fortunisque civium arcebis (Cic. Cat. 1, 13, 33).
16. Lacedaemonii de diuturna contentione destiterunt et suam sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt (Nep. 13, 2, 2).
17. Ab iis voluptatibus abstinere minime est difficile (Cic. Tusc. 5, 33, 94).
18. Neque homines temperatos ab injuria et maleficio existimabat (Caesar) (Caes. B. G. 1, 7, 4).
19. Quum multi voluerint paucique potuerint ab uno tyranno patriam liberare, Thrasybulo contigit, ut a triginta oppressam tyranniam e servitute in libertatem vindicaret (Nep. 8, 1, 2).
20. Cognitum est, sapientem ab omni concitatione animi semper vacare (Cic. Tusc. 5, 16, 48).
21. Tribuenda est opera reipublicae, vel omnis potius in ea cogitatio et cura ponenda, tantum huic studio (= philosophiae) relinquendum, quantum vacabit a publico officio et munere (Cic. Div. 2, 2, 7).
22. Error a culpa vacat (Sen. H. Oet. 983).
23. Non enim philosophi solum, sed etiam majores nostri superstitionem a religione separaverunt (Cic. N. D. 2, 28, 71).
24. Fortunam nemo ab inconstantia et temeritate sejungit (Cic. N. D. 3, 24, 61).
25. Alpes Italiam ab Gallia sejungunt (Nep. 23, 3, 4).
26. Secedant improbi, secernant se a bonis (Cic. Cat. 1, 13, 32).
27. In provinciam ejus modi homines cum imperio mittimus, ut, etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventum in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant (Cic. Pomp. 5, 13).
28. Homines, etsi aliis multis, tamen hoc uno plurimum a bestiis differunt, quod rationem habent, a natura datam (Cic. Fin. 2, 14, 45).

29. Perspicuum est, natura nos a dolore abhorreere (Cic. Fin. 3, 19, 62).
30. Pauci prudentiam honestam ab deterioribus, utilia ab noxiis discernunt; plures aliorum eventis docentur (Tac. Ann. 4, 33, 10).

679 (§ 469f)

1. Robustus animus et excelsus omni est liber curam et angore (Cic. Fin. 1, 15, 49).
2. Sapientem putas omni perturbatione esse liberum (Cic. Tusc. 4, 27, 58).
3. Ad vivendum, velut ad natandum, is melior, qui onere liberior (Apul. Apol. 21).
4. Vacui metu esse debemus (Cic. Phil. 1, 10, 25).
5. Quum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid videre, audire, addicere (Cic. Off. 1, 4, 13).
6. Vacua metu, cura, sollicitudine, periculo vita bonorum virorum est, contra autem improbis semper aliqui scrupus in animis haeret, semper iis ante oculos judicia et supplicia versantur (Cic. Rep. 3, 16, 26).
7. Vacui curis etiam, quid in caelo fiat, scire avemus (Cic. Fin. 2, 14, 46).
8. Qui est quietus, eum necesse est esse perturbatione omni vacuum (Cic. Tusc. 3, 8, 18).
9. Habet magistros eos, qui disputent, horam nullam vacuum voluptate esse debere (Cic. Post red. in sen. 6, 14).
10. Ego sum ille consul, cui non forum, non haec sedes honoris (= sella curulis) unquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit (Cic. Cat. 4, 1, 2).
11. Eorum domus signis et tabulis pictis erant vacuae (Cic. Verr. 1, 21, 55).
12. Idcirco in hac custodia et tanquam speculam collocati sumus, ut vacuum metu populum Romanum nostram vigiliam et prospicientiam redderemus (Cic. Phil. 7, 7, 19).
13. Nihil Maximus fecit alienum sua virtute (Cic. Vatin. 11, 28).
14. Nihil alienum vita superiore commisit (Cic. Quinct. 31, 98).
15. Negant (philosophi), id esse alienum majestate deorum, scilicet casas omnium introspicere, ut videant, quid cuique conducat (Cic. Div. 2, 51, 105).
16. Duobus modis, id est aut vi, aut fraude, fit injuria: utrumque homine alienissimum (Cic. Off. 1, 13, 41).
17. Est alienum tanto viro, quantus es tu, quod alteri praecepit, id ipsum facere non posse (Cic. Fam. Ep. ad Brut. 1, 9, 1).
18. Non alienum est dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni, regum regi, fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem (Cic. Fam. 9, 14, 2).



1. Id. quod excellentes animos et humanā contemnentes facit, cernitur in duobus, si et solum id, quod honestum sit, bonum iudices, et ab omni animi perturbatiōne liber sis (Cic. Off. 1, 20, 67).
2. Liber a tali irrisiōne Socrātes (Cic. Acad. 2, 39, 123).
3. Viget animus in somnis liber ab sensibus omnique impeditiōne curarum (Cic. Div. 1, 51, 115).
4. Omnes sequentur auctoritātem consulis, solūti a cupiditatibus, libēri a delictis (Cic. Agr. 1, 9, 27).
5. Quam provinciam tenuistis a praedonibus libēram per hosce annos? (Cic. Pomp. 11, 32).
6. Per triennium soli in omni orbe terrarum solūti ac libēri fuerunt ab omni sumptu, molestiā, munēre (Cic. Verr. 4, 10, 23).
7. Horā nullā vacuā a furto, scelēre, crudelitate, flagitio reperietur (Cic. Verr. 1, 12, 34).
8. Omnia sunt nobis vacuā ab omni pericūlo atque etiam suspiciōne belli (Cic. Prov. 12, 30).
9. Hic locus nunquam vacuus fuit ab iis, qui vestram causam defendērent (Cic. Pomp. 1, 2).
10. Caesar oppidum Noviodūnum oppugnare conatus est, quod vacuum ab defensoribus esse audiebat (Caes. B. G. 2, 12, 2).
11. Aliēnum est a sapiente non modo injuriam cui facere, verum etiam nocēre (Cic. Fin. 3, 21, 71).
12. Oportet, hominem ab homine non aliēnum vidēri (Cic. Fin. 3, 19, 63).
13. Alienum est a justitia detrahēre quid de aliquo, quod sibi assūmat (Cic. Fin. 3, 31, 70).
14. Bestiae, quicquid objectum est, quod modo a natura non sit aliēnum, eo contentae non quaerunt amplius (Cic. Tusc. 5, 34, 98).
15. Ne amores quidem sanctos a sapiente aliēnos esse arbitrantur (Cic. Fin. 3, 20, 68).
16. Itā nati factique sumus, ut ad scientiam, prudentiam, fortitudinem aptos animos haberemus, a contrariisque rebus aliēnos (Cic. Fin. 5, 15, 43).
17. Cum duobus ducibus de imperio in Italia est decertatum, Pyrrho et Hannibāle: ab altēro propter probitatem ejus non nimis aliēnos animos habemus, altērum propter crudelitātem semper haec civitas odērit (Cic. Lael. 8, 28).
18. Omnis immodicus dolor turpis est et a viro aliēnus (Cic. Or. ad pop. 43=p. 1348 Nobbe).
19. Nunquam a poētica (=poētica) alienus fui (Plin. Ep. 7, 4, 2).

## 681 (§ 470a)

1. Moveor, tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo unquam erit (Cic. Lael. 3, 10).
2. Te ad cenas itāre desisse, moleste fero. Magnā enim te delectatiōne et voluptāte privasti (Cic. Fam. 9, 24, 2).
3. Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio, auctoritate, sententiā, quibus non modo non orbari, sed etiam augēri senectus solet (Cic. Sen. 6, 17).
4. Erras, Clodi: non te iudices urbi, sed carcēri reservarunt, neque te retinere in civitate, sed exsilio privare voluerunt (Cic. Att. 1, 16, 9).
5. Tilon, Indiae insulam, perhibent eo praeferrī cetēris terris, quod omnis arbor, quae in ea gignitur, nunquam nudatur tegmine foliorum (Augustini Civ. 21, 5).

## 682 (§ 470b)

1. Non, mehercūle, aequo animo te careo (Cic. Att. 4, 18, 5).
2. Carere debet omni vitio, qui in altērum paratus est dicere (Cic. in Sall. responsio, 8, 21=p. 1340 Nobbe).
3. Is mihi nuntiavit, te plane febris carere et belle habere (Cic. Fam. 16, 15, 1).
4. Molestum est carere assuetis voluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire (Sen. Ep. 78, 11).
5. Necessitas feriis caret (Pallad. 1, 6=p. 526 b Nisard).
6. Quam huic (=Dionysio) erat miserum carere consuetudine amicorum, homini praesertim docto a puero et artibus ingenuis eruditōl (Cic. Tusc. 5, 22, 63).
7. Lineamentum est longitudo, latitudine carens (Cic. Acad. 2, 36, 116).
8. *Stultum consilium nōn mōdo effectu caret, Sed ad pernīciem quoque mortales devōcat* (Phaedr. 1, 20, 1).
9. Loquacitas raro caret mendacio (Bind. 1692).
10. *Carmīna morte carent* (Ov. Am. 1, 15, 32).
11. Aegrum corpus caret viribus (Cic. Fin. 5, 17, 47).
12. Nullum vitae genus omnibus caret incommōdis (Erasm. 1, 253).
13. Non potest inveniri vitā hominis, carens molestiā (Prisciani Praeexerc. p. 433 K.).
14. Nunquam eminentiā invidiā caret (Vell. 2, 40, 6).
15. *Visu carenti magnā pars veri lalet* (Sen. Oed. 295).
16. Male cum eo agitur, qui caret invidis (Bind. 1764).
17. *Quod caret alternā requie, durabile non est: Haec reparat vires fessaque membra levat* (Ov. Her. 4, 89).
18. *Invidiā excelsos, inopes injuriā vexat: Quam felix vivit, quisquis utraque caret!* (Anth. 276).



19. Credo ego, misēram fuisse Penelōpem, quae tam diu viduā viro suo caruit (Pl. Stich. 1).
20. Ubi Nilus ad illā, quae Catadūpa nominantur, praecipitat ex altissimis montibus, eā gens, quae illum locum accōlit, propter magnitudinem sonitūs, sensu audiendi caret (Cic. Rep. 6, 19).
21. Non enim, si malum est dolor, carēre eo malo satis est ad bene vivendum (Cic. Fin. 2, 13, 41).
22. *Vixere fortes ante Agamemnōna  
Multi, sed omnes illacrimabiles  
Urgentur ignotique longā  
Nocte, carent quia vate sacro* (Hor. Od. 4, 9 25).
23. *Invidus acer obit, sed livor morte carebit* (K. 1356).

### 683 (§ 470b)

1. Aestāte et potiōne et cibo saepius corpus eget (Cels. 1, 3 = p. 21, 16.)
2. Iste tuus amicus apud me non eget commendatione (Cic. Fam. 9, 24, 1).
3. Non egeo medicīnā (Cic. Lael. 3, 10).
4. Manifestā non egent probatiōne (Regūla juris) (Bind. 1789).
5. Is minimo eget mortālis, qui minimum cupit (Sen. Ep. 108, 11).
6. Magnā negotia magnis adjutoribus egent (Vell. 2, 127, 2).
7. Alter frenis eget, alter calcaribus (Cic. Att. 6, 1, 12).
8. *Non tali auxilio nec defensoribus istis  
Tempus eget* (V. Aen. 2, 521).
9. *Malae naturae nunquam doctōre indigent* (Syr. 362).
10. Is maxime divitiis fruītur, qui minime divitiis indiget (Sen. Ep. 14, 17).
11. Certum signum est infirmitātis pluribus indigere (Apul. Met).
12. Eā est geometriā, quae infimis, mediocribus, summis hominibus et viris terrarum principibus utilis est et maxime necessariā. Hac agricolae, nautae, reges ipsi et imperatōres, omnes omnium conditionum homines, sive quis infāmes et sordīdas artes tractat, sive ingenuas et liberāles, aequae prorsus indigent. Hujusce artis praesidio omnem latitudīnem, longitudīnem, altitudīnem, profunditātem agrorum, montium, insularum, fluminum, maris adipiscimur (De la Cerda apud Philippi, Latinität der Neueren, p. 190).
13. Nullā abs te per hos dies epistolā inānis aliquā re utili et suavi venērat (Cic. Att. 2, 8, 1).
14. Haec virgo orbā est patre (Ter. Ad. 650).

### Ablativus originis

### 684 (§ 473)

1. Atheniensibus licet eōdem patre natas uxōres ducere (Nep. 5, 1, 2).
2. Orphēus et Rhesus di sunt, Musā matre nati (Cic. N. D. 3, 18 45).
3. Quidam parentibus nati sunt humilibus (Cic. Lael. 19, 70).

4. Parente Sestius natus est homine et sapienti et sancto et sevēro (Cic. Sest. 3, 6).
5. Romūlus patre Marte natus est (Cic. Rep. 2, 2, 4).
6. Dionysos multos habemus: primum Jove et Proserpinā natum: secundum Nilo, tertium — Cabīro patre, quartum Jove et Lunā, quintum Niso natum et Thyōne (Cic. N. D. 3, 23, 58).
7. Numae Pompilii regis nepos, filiā ortus, Ancus Marcius erat (Liv. 1, 32, 1).
8. Erat in Carnutibus summo loco natus Tasgetius (Caes. B. G. 5, 25, 1).
9. Romūlus Sabīnas, honesto ortas loco virgines, rapi jussit (Cic. Rep. 2, 7, 12).
10. *Fortes creantur fortibus et bonis* (Hor. Od. 4, 4, 29).
11. *Maecenas, atavis edite regibus* (Hor. Od. 1, 1, 1).
12. Galli, se ab Dite patre prognatos, praedicant (Caes. B. G. 6, 18, 1).
13. Dicaearchus Pherecrātem quendam ait a Deucalione ortum (Cic. Tusc. 1, 10, 21).
14. Difficile factu est — a dis ortis fidem non habere (Cic. Tim. c. 11).

### Ablativus auctoris

### 685 (§ 474)

1. Non semper viātor a latrōne, nonnunquam etiam latro a viatōre occiditur (Cic. Mil. 21, 55).
2. *Laudatur ab his, culpatur ab illis* (Hor. Sat. 1, 2, 11).
3. Famā est, adjūtum Terentium in scriptis a Laelio et Scipione (Suet. p. 293, 5 Roth).
4. Quidquid bene dictum est ab ullo, meum est (Sen. Ep. 16, 7).
5. Hieronymus, Syracusanorum rex, propter crudelitātem superbiamque a suis interfectus est (Periocha Liv. 24).
6. Soror quam valde a fratre dilecta est (Quint. Decl. 381 = p. 499 Lemaire).
7. *Canes currentes bibere in Nilo flumine,  
A corcodilis ne rapiantur, traditum est* (Phaedr. 1, 25, 3).
8. Brevis a natura vitā vobis data est, at memoriā bene redditae vitae sempiternā (Cic. Phil. 14, 12, 32).
9. Neque enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et iocum facti esse videamur, sed ad severitātem potius et ad quaedam studia graviora et majora (Cic. Off. 1, 29, 103).
10. *Aut nihil est sensus animis a morte relictum,  
Aut mors ipsa nihil* (Lucan. 3, 39).



Ablativus comparationis

686 (§ 475)

- ① Quis me est divitior? (Pl. Aul. 809).
2. Quis me Thebis alter vivit miserior? (Pl. Amph. 1046).
3. Quid potest esse sole majus? Quantūlibet nobis videtur! Mihi quidem quasi pedālis (Cic. Acad. 2, 26, 82).
- ④ A dis immortalibus quae potest homini major esse poenā furōre atque dementia? (Cic. Har. 18, 39).
- ⑤ Ex Nestōris linguā melle dulcior fluebat oratio (Cic. Sen. 10, 31).
6. Quid est — non dicam in homine, sed in omni caelo atque terrā — ratiōne divinius? (Cic. Leg. 1, 7, 22).
7. Quae est domestica sede jucundior? (Cic. Fam. 4, 8, 2).
8. Nemo me minus timīdus, nemo tamen cautior (Cic. Phil. 12, 10, 24).
9. Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest (Cic. De or. 1, 28, 128).
10. Nihil lacrimā citi s arescit (Ad Herenn. 2, 31, 50).
- ⑪ Turpis fugā mortis omni est morte pejor (Cic. Phil. 8, 10, 29).
- ⑫ Duriore osse dentes sunt (Cels. 8, 1=p. 325, 2).
13. Honestā mors turpi vitā potior (Tac. Agr. 33).
14. Consuetudo quovis tyranno potentior (Ērasm. 2, 93).
15. Saepe pax periculosior bello fuit (Petrarca, Epist. de rebus fam. 12, 2=Hb. 662).
16. Nihil vicissitudine studiorum officiorumque jucundius (Cic. Lael. 14, 49).
17. Efficacior omni arte necessitas (Curt. 4, 3, 24).
- ⑱ Respublicā mihi vitā est meā carior (Cic. Fam. 10, 12, 5).
19. Nihil neque firmitus, neque felicitus, neque laudabilis est republicā. in qua abundant milites eruditi (Veget. 1, 13).
- ⑳ Accepi epistolās tuas, aliam aliā jucundiorē (Cic. Att. 7, 2, 3).
21. Qui nihil habet in vita jucundius vitā, is cum virtute vitam non potest colere (Ad Herenn. 4, 14, 20).
- ⑳ Pauci, quibus relicta est animā. clausi in tenēbris, cum maerōre et luctu morte graviorē vitam exigunt (Sall. Jug. 14, 15).
23. Omnes stulti sunt sine dubio miserimi. maxime quod stulti sunt: miserius enim stultitiā quid possumus dicere? (Cic. N. D. 1, 9, 23).

687 (§ 475)

1. *Homine imperito nunquam quicquam injustius est. Qui, nisi quod ipse fecit, nil rectum putat* (Ter. Ad. 98).
2. *Ignē quid utilius? Si quis tamen urere tectā Comparat, audaces instruit igne manus* (Ov. Tr. 2, 267).
3. *Risu inepto res ineptior nullā est* (Catull. 39, 16).
- ④ *Sapiens uno minor est Jove* (Hor. Ep. 1, 1, 107).
- ⑤ *Dulcia rura, valet, et Lydia, dulcior illis,*

*Et casti fontes, et, felix nomen, agelli* (Poëtae lat. min. v. 2, p. 78).

6. *Vivere naturae si convenienter oportet, Novistine locum potiore rure beato?* (Hor. Ep. 1, 10, 12).
- ⑦ *Passer mortuus est meae puellae, Passer, deliciae meae puellae, Quem plus illā oculis suis amabat* (Catull. 3, 1).
8. *Sed fulgente trahit constrictos gloria curru, Non minus ignotos generosis* (Hor. Sat. 1, 6, 23).

688 (§ 476)

1. Ad duodecim milia sunt caesa; capta plus quinque milia hominum, equi quadringenti, signa militaria sexaginta duo (Liv. 40, 33, 7).
2. Caprae ferae sunt, quae saliunt e saxo pedes plus sexagēnos (Varro R. R. 2, 3, 3).
3. Triginta dies obsidio fuit, per quos raro unquam nix minus quatuor pedes altā jacuit (Liv. 21, 61, 10).
4. Inter eos satis constabat non minus ducentos Carthaginiensium equites fuisse, et divitiis quosdam et genere illustres (Liv. 29, 34, 17).
5. Tribūnum plebis, plus viginti vulneribus acceptis jacentem moribundumque vidistis (Cic. Sest. 39, 85).
6. Quid potest esse sole majus? quem mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem esse, quam terram (Cic. Acad. 2, 26, 82).
7. Quinque milium armatorum non amplius relictum erat praesidium (Liv. 40, 31, 8).
8. Catmēlus regūlus praeerat tribus haud amplius milibus armatorum (Liv. 41, 1, 8).
9. Herennium, negotiatōrem ex Africa, Syracūsis amplius centum cives Romani cognoscebant (Cic. Verr. 2, 5, 14).
10. Lacedaemonii soli toto orbe terrarum septingentos jam annos amplius unis moribus et nunquam mutatis legibus vivunt (Cic. Flacc. 26, 63).

689 (§ 477)

1. Eo quum de improvīso celeriusque omni opiniōne Caesar venisset, Remi ad eum legātos miserunt (Caes. B. G. 2, 3, 1).
2. Haec ego aut omnino falsā, aut certe minora opinione esse confido (Caes. B. C. 2, 31, 5).
3. Quum resistēret Servilius consul et minus opinione suā efficēret, duas leges promulgavit (Caes. B. C. 3, 21, 1).
4. Quum, e Cilicia decēdens, Rhodum venissem et eo mihi de Q. Hortensii morte esset allātum, opinione omnium majorem animo cepi dolorem (Cic. Brut. 1, 1).



5. Neque cuiquam mortalium injuriae suae parvae videntur: multi eas gravius aequo habuere (Sall. Cat. 51, 11).
6. Non Euripides solum, sed etiam Aeschylus et Sophocles ab aliis poetis justo saepius in certaminibus sunt superati (M i l l e, Fr. com. II, 903—4)
7. *Ponamus nimios gemitūs; flagrantior aequo Non debet dolor esse viri, nec vulnere major* (Juv. 13, 11).

#### Ablativus instrumenti

#### 690 (§ 478)

- ① Terrā vestitā est floribus, herbis, arboribus, frugibus (Cic. N. D. 2, 39, 98).
- ② Commius cum suis equitibus latrocinis se alebat (Caes. B. G. 8, 47, 2).
3. Eumēnes vincebat omnes curā, vigilantia, patientia, calliditate et celeritate ingenii (Nep. 18, 1, 3).
- ④ Servus lanceā collum ejus trajecit (Petron. 62).
- ⑤ Tyrannus fuit ille et fulmine ictus est, et poenas diis immortalibus dedit (Quint. Decl. 274=p. 133 Lemaire).
- ⑥ Alterā manu fert lapidem, panem ostentat alterā (Pl. Aul. 195).
7. Haec multo labore quaesitā unā eripuit horā (Cic. Sulla 26, 73).
8. Te populus lapidibus persequitur (Petron. 90).
- ⑨ Capita conjurationis virgis caesi ac securi percussi (sunt) (Liv. 10, 1, 3).
10. Si omnes, qui reipublicae consulant, cari nobis esse debent, certe in primis imperatores, quorum consiliis, virtute, periculis retinemus nostram salutem (Cic. De or. 2, 40, 168).
11. Danda est operā, ut senes et amicos et juventutem et maxime rempublicam consilio et prudentia adjuvent (Cic. Off. 1, 34, 122).
12. Longā praefatione vel excusare vel commendare ineptias ineptissimum est (Plin. Ep. 4, 14, 8).
13. Neque enim certā incertis declarantur (Quint. 5, 10, 8).
- ⑭ Juppiter optimus maximus, cujus nutu et arbitrio caelum, terrā mariaque reguntur, saepe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes delēvit, fruges perdidit (Cic. Amer. 45, 131).
15. Amulius fratris filiae, Reae Silviae, per speciem honoris, quum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit (Liv. 1, 3, 11).
- ⑮ Pudore et liberalitate liberos retinere satius esse, credo, quam metu (Ter. Ad. 57).
17. Id quod ajunt, auribus teneo lupum: nam neque quo pacto a me amittam, neque uti retineam, scio (Ter. Ph. 506).
18. *At tubā terribili sonitu taratantara dixit* (Ennius=Diehl p. 21).

19. Nobiscum nec animo est nec corpore (Cic. Phil. 12, 9, 23).
20. Cur res tam dissimiles eodem nomine appellas? (Cic. Fin. 2, 3, 9).
21. Non omnes homines aliquo errore ducuntur? (Plin. Ep. 9, 12, 1).
22. Comites Antonii huic urbi ferro ignique minitantur (Cic. Phil. 11, 14, 37).
23. Quam miserum est — carere consuetudine amicorum homini praesertim docto a puero et artibus ingenuis erudito (Cic. Tusc. 5, 22, 63).
- ⑳ Rhenus multis capitibus in Oceanum influit (Caes. B. G. 4, 10, 5).

#### 691 (§ 478)

1. Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia, quibus non modo non orbari sed etiam augeri senectus solet (Cic. Sen. 6, 17).
2. Nullā re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt ii, qui reipublicae praesunt, quam abstinentiam et continentiam (Cic. Off. 2, 22, 77).
3. Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi — saepe parvo (Cic. Mil. 12, 32).
4. Rectius videtur ingenii, quam virium, opibus gloriam quaerere (Sall. Cat. 1, 3).
5. Periculosum est in tot humanis erroribus solā innocentiam vivere (Liv. 2, 3, 4).
6. Grave est ingrati animi vitium, intolerabile, et concordiam, quā humanā imbecillitas fulcitur, scindit ac dissipat (Sen. Benef. 7, 27, 3).
7. Bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privatā gratiā devictum est (Sall. Jug. 25, 3).
8. Multis simulatione involūcris tegitur et quasi velis quibusdam obtenditur unius cujusque naturā (Cic. Qu. fr. 1, 1, 5).
9. Sociam nobis urbem vi atque armis cepisti (Liv. 34, 32, 16).
10. (Aeneas) *dixit vagināque eripit ensem Fulmineum strictoque fērit retinacula ferro* (V. Aen. 4, 579).
11. Adolescentium animi dolis haud difficulter capiebantur (Sall. Cat. 14, 5).
- ⑫ Immensis laboribus comparatur eruditio (Erasm. 1, 272).
13. Obtrectatio et livor pronis auribus accipiuntur (Tac. Hist. 1, 1, 11).
- ⑭ Carthago est lingua Poenorum «novā civitas», ut docet Livius (Serv. ad V. Aen. 1, 366).
- ⑮ Multum mihi contulerunt ad bonam valetudinem amici, quorum adhortationibus, vigiliis, sermonibus allevabar. Nihil aequum reficit atque adjuvat, quam amicorum affectus (Sen. Ep. 78, 4).
- ⑯ Similia similibus curantur (K. 2543. R. 431).
- ⑰ Saepe homines imperitos falsis rumoribus terreri, cognitum est (Caes. B. G. 6, 20, 2).



18. Paritur pax bello (Nep. 15, 5, 4).
19. Propter socios, nullā ipsi injuriā lacessiti, majores nostri cum Antiōcho, cum Philippo, cum Aetōlis, cum Poenis bella gesserunt (Cic. Pomp. 6, 14).
20. Inimicos sagittā eminus, hastā comminus petimus (Curt. 7, 8, 18).
21. Non poenis malorum, sed bonorum praemiis bonos facis (Plin. Pan. 70, 2).
22. Omnia semper, quae magistratūs ille dicet, secundis auribus, quae ab nostrum quo dicentur, adversis accipietis (Liv. 6, 40, 14).
23. Unā est amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore consentiunt (Cic. Lael. 23, 86).
24. Cibo et potione fames sitisque depulsa est (Cic. Fin. 1, 11, 37).
25. Virtus nunquam vi ullā labefactari potest, nunquam demoveri loco. Hac virtute majores vestri primum universam Italiam devicerunt, deinde Carthaginem exciderunt, Numantiam everterunt, potentissimos reges, bellicosissimas gentes in dicionem hujus imperii redegerunt (Cic. Phil. 4, 5, 13).
26. Vera virtus atque honestus labor honoribus, praemiis, splendore decoratur, vitia autem hominum atque fraudes damnis, ignominiiis, vinclis, verberibus, exsiliis, morte multantur (Cic. De or. 1, 43, 194).
27. Multi in custodia, multi in exsilio dolorem suum doctrinae studiis levaverunt (Cic. Fin. 5, 19, 53).
28. Leges cum omnibus semper unā atque eadem voce loquuntur (Cic. Off. 2, 12, 42).
29. Elephantum in proeliis magnitudine corporum, barritus horrore, formae ipsius novitate homines equosque conturbant (Veget. 3, 23).
30. Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur (Curt. 8, 8, 11).
31. Meis auribus audivi (Apul. Met. 3, 16 = p. 58, 7 Vliet).
32. Saucius factus sum in Venēris proelio: sagittā Cupido cor meum transfixit (Pl. Persa 24).
33. Fluvius Atratus sanguine fluxit (Cic. Div. 1, 43, 98).
34. Ptolemaeus in proelio telo venenato ictus est (Cic. Div. 2, 66, 135).
35. Poenos populus Romanus justitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit (Ad Herenn. 4, 13, 19).
36. Vi victa vis (Cic. Mil. 11, 30).

#### 692 (§ 478)

1. Non ego velifera tumidum mare sindo carina (Prop. 4, 8, 35).
2. Nutritur vento, vento restinguitur ignis;  
Lenis alit flammam, grandior aurā necat (Ov. Rem. 807).
3. At pulchrum est digno monstrari et dici (=dici): «hic est» (Pers. 1, 28).
4. Audaces cogimur esse metu (Ov. Tr. 1, 2, 4).

5. Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena! (Mart. 9, 30, 11).
6. Capit omnia tellus,  
Quae genuit; caelo tegitur, qui non habet urnam (Lucan. 7, 819).
7. Verbisque decoris  
Obvolvis vitium (Hor. Sat. 2, 7, 41).

#### 693 (§ 479)

1. Metellus cuncta moenia Zamae exercitu circumvenit (Sall. Jug. 57, 2).
2. Turoni legionario milite oppressi sunt (Tac. Ann. 3, 41).
3. Servos agrestes et barbaros, quibus silvas publicas depopulatus erat Etruriamque vexarat, ex Appennino deduxerat (Cic. Mil. 9, 26).
4. Armatis hominibus ante diem tertium Nonas Novembres expulsi sunt fabri de area nostra, disturbata porticus Catuli, Quinti fratris domus inflammata (Cic. Att. 4, 3, 2).
5. Milonem dixisti gladiatoribus et bestiariis obsedissem publicam (Cic. Vatin. 17, 40).
6. Haec castella noctu excubitoribus ac firmis praesidiis tenebantur (Caes. B. G. 7, 69, 7).
7. Stipatus semper sicariis, saeptus armatis, munitus indicibus fuit (Cic. Sest. 44, 95).
8. Appius Caecus sic loquitur: «ideo viam munivi, ut eam tu, alienis viris comitata, celebrares?» (Cic. Cael. 14, 34).
9. Agrippina respicit Anicetum, centurione comitatum (Tac. Ann. 14, 8).

Ablativus instrumenti в выражениях *equo vehi* и т. п.

#### 694 (§ 480)

1. Indorum rex breviora itinera equo conficit; longior ubi expeditio est, elephantum vehunt currum (Curt. 8, 9, 29).
2. Acilius consul, ut situm nosceret urbis, ab omni parte equo moenia est circumvectus (Liv. 36, 22, 4).
3. Cursor, ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi (Cic. Div. 2, 69, 144).
4. Illam (=sacerdotem) ad sollemne sacrificium curru vehi jus erat (Cic. Tusc. 1, 47, 113).
5. Quum ab Epidaurum Piraeum navi advectus essem, ibi Marcellum conveni (Cic. Fam. 4, 12, 1).
6. E Pompejano navi advectus sum in Luculli nostri hospitium (Cic. Att. 14, 20, 1).
7. Nave primus in Graeciam ex Aegypto Danaus advēnit (Plin. N. H. 7, 206).
8. Accessum est ad Britanniam omnibus navibus meridiano fere tempore (Caes. B. G. 5, 8, 5).



9. Domitius navibus Massiliam pervēnit (Caes. B. C. 1, 36, 1).
10. Verres, ut mos fuit Bithyniae regibus, lecticā octophōro ferebātur, in qua pulvinus erat perlucidus, rosā farctus. Eādem lectica usque in cubiculum deferebatur (Cic. Verr. 5, 11, 27).
11. Diagoras Athēos ille qui dicitur, quum ei naviganti vectōres, adversā tempestāte timīdi et perterriti, dicerent, non injuriā sibi illud accidere, qui illum in eandem navem recepissent, ostendit eis in eodem cursu multas alias laborantes quaesivique, num etiam in iis navibus Diagoram vehi, credērent (Cic. N. D. 3, 37, 89).
12. Equus, in quo ego vehebar, mecum unā demersus, rursus apparuit (Cic. Div. 2, 67, 140).

**Ablativus instrumenti non afficere et praeditus**

**695 (§ 481)**

1. Ego me, hoc honore praeditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites, vestram voluntatem et reipublicae dignitatem et salutem provinciarum atque sociorum meis omnibus commodis et rationibus praefere oportere (Cic. Pomp. 24, 71).
2. Si sciens fallo, tum me, Juppiter optime maxime, domum, familiam remque meam pessimo leto afficias! (Liv. 22, 53, 11).
3. Hostes ex oppido legiones educunt suas, nimis pulchris armis praeditas (Pl. Amph. 217).
4. Feles est animal quadrupes, domesticum, acutis unguibus, mira velocitate oculisque etiam noctu cernentibus praeditum, muribus et avibus infestissimum (Forcellini in v. feles).
5. Virtute ipsa multi non tam praediti esse, quam videri solent (Cic. Lael. 26, 97).
6. Omnes, qui maximo ingenio praediti sunt, stimulis gloriae concitati, res praeclaras aggrediuntur (Osorius, De gloria 1, 4).
7. Epicurus, deos nihil agere, nihil curare, confirmat, membrisque humanis esse praeditos, sed eorum membrorum usum nullum habere (Cic. N. D. 3, 1, 3).
8. Alexander — vir supra humanam potentiam magnitudine animi praeditus (Justin. 12, 16, 1).

**Ablativus copiae**

**696 (§ 482)**

1. Constat, Germaniam et Galliam et proxime ab illis Italiam abundare rivis et fluminibus, quia caelo humido utuntur et ne aestas quidem imbris caret (Sen. Nat. quaest. 3, 6, 2).
2. Pompei oratio omnibus ornamentis abundavit (Cic. Balb. 7, 17).

3. Cyprus abundat materia utili ad naves aedificandas (Lambinus ad Hor. Od. 1, 13).
4. Eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri (Cic. De or. 1, 52, 225).
5. Fabulis non explatur venter (Erasm. 1, 202).
6. *Praesentibus exple  
Deliciis animum; post mortem nullam voluptas* (Anth. 911).
7. Veteres oratores iis artibus adolescentium pectora implebant, in quibus de bono et injusto disputatur (Tac. Dial. 31, 5).
8. Sol mundum omnem suam luce complet (Cic. N. D. 2, 46, 119).
9. *Discubere toris proceres, et corpora tostam  
Carne replent, vinoque levant curasque sitimque* (Ov. Met. 12, 155).
10. *Penas imposuit Juppiter nobis duas:  
Propriis replendam viliis post tergum dedit,  
Alienis ante pectus suspendit gravem.  
Hac re videre nostra mala non possumus,  
Alii simul delinquant, censores sumus* (Phaedr. 4, 10).
11. Aliorum medicus, ipse vulneribus scates (B. 125).
12. Nunc meum cor cumulatur ira (Caecilius ap. Cic. Cael. 16, 37 = p. 64 Diehl).

**697 (§ 482)**

1. *Pollicitis dives quilibet esse potest* (Ov. A. A. 1, 444).
2. Duae sunt Baliares insulae, major altera atque opulentior armis virisque (Liv. 28, 37, 5).
3. Di immortales, quibus et quantis me donatis gaudiis! Aulam auro onustam habeo. Quis me est ditior? (Pl. Aul. 808).
4. Si vita, doloribus referta, fugienda est, summum profecto malum est vivere cum dolore (Cic. Fin. 1, 12, 41).
5. Nihil est praestabilius otiosa vita, plena et conferta voluptatibus (Cic. Sest. 10, 23).
6. Scito, venire te in locum, hominibus plenum, amicis vacuum (Sen. Benef. 6, 34, 4).
7. *Sed quam continuus et quantis longa senectus  
Plena malis!* (Juv. 10, 190).
8. *Maxima quaeque domus servis est plena superbis* (Juv. 5, 66).
9. Ite alacres et spe pleni, ut, quam gloriam accepistis a majoribus vestris, posteris relinquatis (Curt. 4, 14, 25).
10. Plenus annis abiit, plenus honoribus (Plin. Ep. 2, 1, 7).
11. Planities sub radicibus montium spatiosa procumbit, fertilis terra multisque vicis atque urbibus frequens (Curt. 5, 4, 6).
12. Amor et melle et felle est fecundissimus (Pl. Cist. 69).



## Ablativus pretii

### 698 (§ 484)

1. Ego spem pretio non emo (Ter. Ad. 219).
2. *Sperne voluptates: nocet emptā dolore voluptas* (Hor. Ep. 1, 2, 55).
3. Empta dolore docet experiētiā (Riley 100).
4. *Nolo virum facili redimit qui sanguine jamam; Hunc vōlo, laudari qui sine morte potest* (Mart. 1, 8, 5).
5. Verissime dictum est ab Epicharmo Sicūlo, laboribus omnia bona deos immortāles hominibus vendēre (Majoragius apud Baumstark, Orat. lat. p. 244).
6. *Argentum accēpi, dōte imperium vendīdi* (Pl. Asin. 87).
7. Eriphyiā auro viri vitam vendīdit (Cic. Inv. 1, 50, 94).
8. Tantūlo impendio ingens victoriā stetit (Curt. 3, 11, 27).
9. Magno aestimamus tardius mori (Sen. Nat. quaest. 2, 59, 7).
10. Magno ubique pretio virtus aestimatur (Val. Max. 5, 4, 1).
11. Venter praecepta non audit: poscit, appellat; non est tamen molestus creditor: parvo dimittitur, si modo das illi, quod debes, non quod potes (Sen. Ep. 21, 11).
12. Antiquis mos erat, ut cottidie lavarentur: hinc tot balnea publica et privata. Feminae et pueri gratis, viri autem quadrante lavantur (Camus ad Ter. Eun. 3, 5, 34; Forcellini in v. lavo).

### 699 (§ 485) DIGNUS + ABL.

1. Quid minus libēro dignum, quam cogi a magistrātu furtum redere? (Cic. Verr. 2, 24, 58).
2. Quis est dignus nomine hominis, qui unum diem totum velit esse in isto genere voluptātis? (Cic. Fin. 2, 34, 114).
3. Est verā felicitas felicitāte dignum videri (Plin. Pan. 74, 1).
4. Non praecīditur spes plebejo quoque, si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris (Liv. 4, 3, 7).
5. Nihil laudabilius, nihil magno et praeclāro viro dignius placabilitate atque clementiā (Cic. Off. 1, 25, 88).
6. Nihil est agri cultūrā melius, nihil dulcius, nihil homine libēro dignius (Cic. Off. 1, 42, 151).
7. Lucius Philīppus—vir patre, avo, majoribus suis dignissimus (Cic. Phil. 3, 10, 25).
8. Paetum, ut et meum amīcum, et tuā dignum amicitīā, tibi commendo (Cic. Fam. 13, 13, 1).
9. Uni gubernatōri, uni medīco,—si digno modo sunt iis artibus,—rectius est altēri navem committēre, aegrum altēri, quam multis (Cic. Rep. 1, 40, 62).
10. *Qui consilio est nocens, illum esse quāvis dignum poenā iudico* (Phaedr. 5, 3, 12).
11. Quid est optabilius sapientiā, quid praestantius, quid homini melius, quid homine dignius? (Cic. Off. 2, 2, 5).

12. Summā et perfectā gloriā constat ex tribus his: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat (Cic. Off. 2, 9, 31).
13. *Dignum laude virum Musā velat mōri* (Hor. Od. 4, 8, 28).
14. Sic sentit senatus, sic populus Romanus, nullos unquam hostes digniores omni supplicio fuisse, quam eos cives, qui hoc bello contra patriam arma ceperunt (Cic. Ep. ad Brut. 1, 3, 3).
15. Corporis voluptas non satis est dignā hominis praestantiā (Cic. Off. 1, 30, 106).
16. Qui laborem atque animi contentiōnem refūgit, is plane se ipsum bonis rebus omnibus indignum ostendit (Majoragii oratio ap. Baumstark, p. 244).

## Ablativus instrumenti

(отдельные случаи употребления)

### 700 (§ 486) MULTA + ABL.

1. Persaepe etiam privāti in hac republica perniciosos cives morte multarunt (Cic. Cat. 1, 11, 28).
2. Sullā omnes, quos odērat, morte multabat (Cic. Lig. 4, 12).
3. Hunc leges exsilio, naturā morte multavit (Cic. Cluent. 10, 29).
4. Ego vero illi (=Lycurgo) maximam gratiam habeo, qui me eā poenā multaverit, quam sine mutuatiōe et sine versūrā possem dissolvēre (Cic. Tusc. 1, 42, 100).
5. Vitia hominum atque fraudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exsiliis, morte multantur (Cic. De or. 1, 43, 194).

### 701 (§ 487) MISCEO 2 + ABL.

1. Omnibus rebus omnibusque sermonibus aliquid salutāre miscendum est (Sen. Nat. quaest. 2, 59, 2).
2. *Interdum miscentur tristia laetis* (Ov. Fast. 6, 463).
3. *Misce stultitiam consiliis brevem: Dulce est dēsipere in loco* (Hor. Od. 4, 12, 27).
4. Imber, nive mixtus, et intolerandā vis frigōris et homines multos et jumenta et elephantos prope omnes absumpsit (Liv. 21, 56, 6).
5. Ut tu illā omnia odio, invidiā, misericordiā miscuisti! (Cic. De or. 2, 50, 203).
6. Catōnis me nunquam satiare potuit oratio: tantus erat in homine gravitāte mixtus lepos (Cic. Rep. 2, 1, 1).
7. Cernitis crudelitāte mixtas libidines (Cic. Scaur. 13).

### 702 (§ 488) MUTO 1 + ABL.

1. Nemo, nisi victor, pace bellum mutavit (Sall. Cat. 58, 15).
2. *Exsilioque domos et dulcia limina mutant Atque alio patriam quaerunt sub sole jacentem* (V. Georg. 2, 511).
3. Germani agri cultūrae non student. Ejus rei multas affērunt cau-



sas: ne, assiduā consuetudīne capti, studium belli gerendi agri culturā commūtent (Caes. B. G. 6, 22, 3).

- 4. Habebit respUBLICā civem sine ignominia quemquam, qui ad perniciem innocentis fidem suam et religiōnem pecuniā commutarit? (Cic. Cluent. 46, 129).
- 5. Lixae, permixti cum militibus, diu noctuque vagabantur, et palantes agros vastare, villas expugnare, pecōris et mancipiorum praedas certantes agere, eaque mutare cum mercatoribus vino advecicio et aliis talibus (Sall. Jug. 44, 5).
- 6. Hoc gaudium quo maerore mutatum est! (Plin. Ep. 5, 16, 7).

703 (§ 489) ASSUESCO 3 + ABL.

- 1. Exsilia mihi sunt haud nova, assuēvi malis (Sen. Ag. 302).
- 2. Fures — gens assuētā rapinis, aliēnis insidians opibus (Gradus ad Parnassum in v. fur).
- 3. Suebi, a pueris nullo officio aut disciplinā assuefacti, nihil omnino contra voluntātem faciunt (Caes. B. G. 4, 1, 9).
- 4. Orbus iis rebus omnibus, quibus et naturā me, et voluntas, et consuetudo assuefecerat, quum ceteris, tum mihi ipse displiceo (Cic. Fam. 4, 13, 1).
- 5. Catilinā, stuprorum et scelerum exercitatiōne assuefactus frigore et fame et siti et vigiliis perferendis, fortis ab istis praedicabatur (Cic. Cat. 2, 5, 9).
- 6. Homines, labore assiduo et cotidiāno assueti, quum tempestatis causā opere prohibentur, ad pilam se aut ad talos aut ad tesseras conferrunt, aut etiam novum sibi ipsi aliquem excogitant in otio ludum (Cic. De or. 3, 15).

704 (§ 490) TENEO, CLAUDDO

- 1. Caesar, insidias veritus, exercitum equitatumque castris continuit (Caes. B. G. 2, 11, 2).
- 2. Homo, nisi magnā sapientiā praeditus, vix regionibus officii magnis in fortunis et copiis continetur (Cic. Agr. 2, 35, 97).
- 3. Omnes artes, quae ad humanitatem spectant, habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur (Cic. Arch. 1, 2).
- 4. Nam, si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat, propterea quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latinā suis finibus, exiguis sane, continentur (Cic. Arch. 10, 23).
- 5. Solon, rempublicam duabus rebus contineri dixit—praemio et poena (Cic. Ep. ad Brut. 1, 15, 3).
- 6. Tribus rebus animantium vitā tenetur: cibo, potione, spiritu (Cic. N. D. 2, 54, 134).
- 7. Tantum scimus, quantum memoriā tenemus (B. 3285).

- 8. Quo morbo teneris? (Erasm. 1, 9).
- 9. Labienus, quum et loci natura et manu munitissimis castris sese teneret, de suo ac legionis periculo nihil timebat (Caes. B. G. 5, 57, 1).
- 10. Hispaniā, inter Africam et Galliam positā, Oceāni freto et Pyrenaeis montibus clauditur (Justin. 44, 1, 3).
- 11. Captivi in carcere inclusi sunt (Liv. 24, 19, 11).
- 12. Video carcerem publicum, saxis ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis umbram recipientem (Calpurn. Decl. 4 = p. 528. Lemaire).
- 13. Non videntur tibi contra naturam vivere, qui jejūni bibunt, qui vinum recipiunt inanibus venis et ad cibum ebrii transeunt? (Sen. Ep. 122, 7).
- 14. Omnis disciplinā memoriā constat, frustra que docemur, si, quidquid audimus, praeterfluat (Quint. 11, 2, 1).
- 15. Rarā mens intelligit, Quod interiore condidit curā angulo (Phaedr. 4, 2, 5).
- 16. Contentus eram, mi Dolabellā, tuā gloriā (Cic. Fam. 9, 14, 1).
- 17. Germani singulis uxoribus contenti sunt (Tac. Germ. 17).
- 18. Uxor contentā est, quae bona est, uno viro (Pl. Merc. 824).
- 19. Unā vir uxore et uno viro uxor contentā esse debet (Ernesti, Initia doct. sol. p. 498).
- 20. Ubi sunt superbae Carthaginis altā moenia? Ubi maritimā gloriā incliti portus? Ubi cunctis litoribus terribilis classis? Ubi tot exercitus? Ubi tantus equitatus? Ubi immenso Africae spatio non contenti spiritus? (Val. Max. 5, 6, ext. 4.).

705 (§ 491)

- 1. Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti (Curt. 7, 8, 27).
- 2. Agesilāus Lacedaemonius quum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est: eo enim usus est familiarissime (Nep. 17, 1, 1).
- 3. Non aquā, non igni, ut ajunt, pluribus locis utimur, quam amicitia (Cic. Lael. 6, 22).
- 4. Praeposteris utimur consiliis (Cic. Lael. 22, 85).
- 5. Ferrum — optimum pessimumque vitae instrumentum, siquidem hoc tellurem scindimus, arbusta tundemus; hoc exstruimus tecta, caedimus saxa, omnesque ad alios usus ferro utimur, sed eodem ad bella, caedes, latrocinia (Plin. N. H. 34, 138).
- 6. Perpetuo vincit, qui utitur clementia (Syr. 539).
- 7. Gens illā eodem cultu corporis utitur, quo finitimi (Caes. B. G. 6, 24, 4).
- 8. Quisquis suo jure utitur, injuriam nulli facit (B. 2853).
- 9. Animalium quaedam, ut manibus, utuntur priorum ministerio pedum, sedentque, ad os illis admoventia cibos, ut sciuri (Plin. N. H. 11, c. 99, 245).



10. Immoderāte quidam et ingrāte nostrā facilitāte abutuntur (Cic. Fam. 12, 1, 2).
11. Quod ratione utitur, id melius est, quam id, quod ratione non utitur; nihil autem mundo melius; ratione igitur mundus utitur (Cic. N. D. 2, 8, 21).
12. Vincere scis, Hannibal, victoriā uti nescis (Liv. 22, 51).
13. Quousque tandem abutēre, Catilinā, patientiā nostrā? (Cic. Cat. 1, 1, 1).
14. *Sic, qui, pauperiem veritus, potiore mētallis Libertate caret, dōminum vēhet imprōbus atque Serviet aeternum, quia parvo nesciet uti* (Hor. Ep. 1, 10, 39).
15. Libertāte modice utantur (Liv. 34, 49, 8).
16. Cortice suberis utebantur Romani, ut nos etiamnum, ad vasa claudenda: illorum enim orificio immittebant, dein pice obturabant (Forcellini in v. cortex).
17. Atōmus est corpusculum minūtum et individuum, quo in expli-canda origīne mundi utebatur Democritus et post eum Epicūrus (Ernesti, Clav. Cic. in. v. atomus).
18. *Utendum est aetate: cite pede labitur aetas; Nec bonā tam sequitur, quam bonā primā fuit* (Ov. A. A. 3, 65).
19. Suo cuique iudicio utendum est (Cic. N. D. 3, 1, 1).
20. Valde metuo, ne frigeas in hibernis; quam ob rem camīno lucu-lento utendum censeo (Cic. Fam. 7, 10, 2).
21. Nec, quibus rationibus superare possent, sed quem ad modum victoriā uti deberent, cogitabant (Caes. B. C. 3, 83).
22. Sermone eo debemus uti, qui innātus est nobis (Cic. Off. 1, 31, 111).
23. Scythae uxores liberosque secum in plaustis vehunt, quibus, co-riis imbrum hiemisque causa tectis, pro domibus utuntur (Justin. 2, 2, 4).

#### 706 (§ 491)

1. Qu. Maximi sermōne tum cupide fruebar (Cic. Sen. 4, 12).
2. Vitā, quā fruimur, brevis est (Sall. Cat. 1, 3).
3. Is demum mihi vivere atque frui animā videtur, qui praeclāri facinōris aut artis bonae famam quaerit (Sall. Cat. 2, 9).
4. Otii nomine servitūtem concilias: nam paritur pax bello; qui eā diutīnā volunt frui, bello exercitati esse debent (Nep. 15, 5, 4).
5. Optimum est aliēnā insaniā frui (Plin. N. H. 18, 5, 31).
6. *Illā (nec invidio) fruitor meliore marito* (Ov. Her. 2, 79).
7. Tu voluptate fruēris, ego utor. Tu illam summum bonum putas, ego nec bonum (Sen. Vita 10, 3).
8. Commōdā, quibus utimur, lucemque, quā fruimur, spiritumque, quem ducimus, a Jove nobis dari atque impertiri, videmus (Cic. Amer. 45, 131).
9. Qui eget divitiis, timet pro illis. Nemo autem sollicito bono fruitur: adicere illis aliquid student (Sen. Ep. 14, 18).

10. Potiemur pulcherrimā opulentissimāque urbe, portu egregio (Liv. 26, 43, 7).
11. M. Furius Camillus non proelio tantum fudit hostes, sed castris quoque exiit ingentique praedā est potitus (Liv. 5, 19, 8).
12. Eis favemus, qui eādem periculā, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur (Cic. Mur. 2, 4).
13. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae perfecto functus est munere (Cic. Tusc. 1, 45, 109).
14. Accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis (Sen. Ep. 28, 10).
15. Ita maximis honoribus perfunctus es, ut te semper homines ma-joribus dignum iudicarent (Mureti Or. 26=v. 1, p. 272).

#### 707 (§ 492)

1. Quid nunc te, asine, littēras doceam? Non opus est verbis, sed fustibus (Cic. Pis. 30, 73).
2. Magistratibus opus est, sine quorum prudentiā ac diligentiā esse civitas non potest (Cic. Leg. 3, 2, 5).
3. Nihil istac opus est arte ad hanc rem, quam paro, sed fide et taciturnitate (Ter. Andr. 32).
4. Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare po- test; ubi saevā orta tempestas est ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro et gubernatore opus est (Liv. 24, 8, 12).
5. Nec tibi amico opus est, de cuius benevolentia dubites (Curt. 7, 8, 30).
6. Quid tibi divitiis opus est, quae esurire te cogunt? (Curt. 7, 8, 20).
7. Is est amicus, qui in re dubiā re juvat, ubi re est opus (Pl. Epid. 113).
8. Non tam imperio nobis opus est, quam exemplo: quippe infide- lis recti magister est metus; melius homines exemplis docentur (Plin. Pan. 45, 6).
9. Filiam quis habet, pecuniā est opus; duas — majore; plures — majore etiam (Cic. Parad. 6, 44).
10. Quid mihi opus est vitā, qui tantum auri perdidit! (Pl. Aul. 723).
11. *Nil opus invidia est, procul absit gloria vulgi: Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu!* (Tib. 4, 13, 7).
12. *Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto, Irriguumque mero sub noctem corpus habento* (Hor. Sat. 2, 1, 8).
13. *Nunc animis opus, Aenā, nunc pectore firmo* (V. Aen. 6, 261).
14. *Est brevitate opus, ut currat sententiā* (Hor. Sat. 1, 10, 9).
15. Nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis, quam consulto opus est (Tac. Hist. 1, 62).
16. Quae opus fuere ad nuptias gnatae, paravi (Ter. Andr. 740).
17. Atticus, quae amicis suis opus fuerant, omnia ex sua re familiari dedit (Nep. 25, 7, 1).



18. A. Quantum tibi opus est, loquere, argenti?—B. Solae triginta minae (Ter. Ph. 557).  
 19. Verres aiebat, multā sibi opus esse, multā canibus suis (Cic. Verr. 1, 48, 126).  
 20. Quod non opus est, asse carum est (Sen. Ep. 94, 27).

### Ablativus causae

#### 708 (§ 493a)

1. Plura multo homines iudicant odio aut amore aut cupiditate aut iracundia aut dolore aut laetitia aut spe aut timore aut errore aut aliqua permotione mentis, quam veritate aut legibus (Cic. De or. 2, 42, 178).
2. Plures sibimet ipsi conscientiam scelorum mortem consciverunt, quam ab nobis supplicio affecti sunt (Liv. 31, 31, 14).
3. Multi aut naturam corporis, aut consuetudine dolendi, aut metu supplicii ac mortis vim tormentorum pertulerunt (Cic. Part. 14, 50).
4. *Mētu non peccant multi, haud innocentiam* (Appendix sent. Syri 38).
5. Sapientes pacis causam bellum gerunt, laborem spe otii sustentant (Sall. Ad Caes. de rep. ord. 1, 6=p. 131 Gerlach).
6. Inter pares quoque annos citius feminam senescit, neque amatur anus uxor, nisi memoria (Quint. Decl. 306=p. 230 Lemaire).
7. Xerxes fiduciam virium, veluti naturae ipsius dominus, et montes in planum deducebat, et convexam vallium aequabat, et quaedam maria pontibus sternebat (Justin. 2, 10, 24).
8. *Rumpitur invidia quidam, carissime Juli, Quod me Romam legit, rumpitur invidia* (Mart. 9, 97).
9. Nullam sum, nullam sum, totam, totam occidi, cor metu mortuum est, membra miserae tremunt (Pl. Cas. 621).
10. Amore patriae, censes, nos nostrorum majorum inventa nosse debere (Cic. De or. 1, 53, 247).
11. Sestium quum iacentem et concisum plurimis vulneribus viderent, defatigatione magis, quam misericordiam caedere destiterunt (Cic. Sest. 37, 79).
12. *Sed levius fit patientiam Quidquid corrigere est nefas* (Hor. Od. 1, 24, 19).
13. Quid opus est verbis? Consuetudine coepi amare contra ego illum, et ille me (Pl. Cist. 94).

#### 709 (§ 493a)

1. Iphicrates Atheniensis non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplinam militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, ut non solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur (Nep. 11, 1, 1).

2. Salubritas caeli per omnem Hispaniam aequalis, quia aeris spiritus nullam paludum gravi nebula inficitur (Justin. 44, 1, 10).
3. Gubernatoris ars utilitate, non arte laudatur (Cic. Fin. 1, 13, 42).
4. Saepe res parum est intellecta longitudine magis, quam obscuritate narrationis (Cic. Inv. 1, 20, 29).
5. Sensim sine sensu aetas senescit nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur (Cic. Sen. 11, 38).
6. *Dente timentur apri; defendunt cornua cervos* (Mart. 13, 94).
7. Nihil aequae vel augetur cura, vel negligentiam intercidit, ac memoriam (Quint. 11, 2, 40).
8. Dies non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget. Nam ceteri dolores mitigantur vetustate: hic non potest non et sensu praesentis miseriae, et recordatione praeteritae vitae cotidie augeri (Cic. Att. 3, 15, 2).
9. Virtus nec eripi nec surripi potest unquam, neque incendio neque naufragio amittitur (Cic. Parad. 6, 51).
10. Ut cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas, sic emendari et corrigi continentiam (Cic. Leg. 3, 13, 30).
11. Caesar beneficiis ac munificentiam magnus habebatur, integritate vitae — Cato (Sall. Cat. 54, 2).
12. Auebatur ejus molestiam cotidianis querimoniis et assiduo fletu sororis (Cic. Cluent. 6, 16).
13. Audiet puer, multa cotidie probari, multa corrigi: excitabitur laude aemulatio; turpe ducet cedere pari (Quint. 1, 2, 22).
14. Benignitate deum (=deorum) fractae hostium vires (Tac. Hist. 4, 85).

#### 710 (§ 493a)

1. Ita miser et amore pereor et inopiam (Pl. Pseud. 300).
2. Statuae intereunt tempestate, vi, vetustate (Cic. Phil. 9, 6, 14).
3. Multorum mensium labor hostium perfidiam et vi tempestatis puncto temporis interiit (Caes. B. C. 2, 14, 4).
4. Sepulchra sanctiora fiunt vetustate (Cic. Phil. 9, 6, 14).
5. Plura sunt, Lucili, quae nos terrent, quam quae premunt, et saepius opinione, quam re laboramus (Sen. Ep. 13, 4).
6. Vitio malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio sunt (Tac. Dial. 18, 16).
7. Concordiam parvae res crescunt, discordiam maximae dilabuntur (Sall. Jug. 10, 6).
8. Multis occulto crescit res fenore (Hor. Ep. 1, 1, 80).
9. Darius, Hystaspi filius, senectute diem obiit supremum (Nep. 21, 1, 2).
10. Auditorum benevolentiam crescit dicentium facultas (Prisc. 7, 34).
11. *Intrat amor mentes usu, adiscitur usu* (Ov. Rem. 503).
12. Bellam res est mori suam morte (Sen. Ep. 69, 6).
13. *Invidus alterius macrescit rebus optimis* (Hor. Ep. 1, 2, 57).
14. Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit (O. 14).



15. *Simulata interdum vitia prosunt hominibus.*  
*Sed tempore ipso tamen apparet veritas* (Phaedr. fab. app. 4, 24).
16. Feminae formosae sunt plerumque hoc ipso, quod pulchrae sunt, superbae et feroces (Ernesti Initia doctr. solid. p. 598).
17. Ut ferae quaedam nullam mitescunt arte, sic immittis et implacabilis ejus viri animus est (Liv. 33, 45, 7).
18. Omnia vetustate labuntur, nec quicquam tutum a senectute est (Sen. Nat. quaest. 6, 10).
19. Duobus vitiis diversis, — avaritiam et luxuriam, — civitates laborant (Liv. 34, 4, 2).
20. Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis, — aut largitione nimiam, aut parsimoniam (Ter. Heaut. 440).
21. Illa vetus Graecia, quae quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, — licentiam contionum (Cic. Flacc. 7, 16).
22. Medici nunquam aegris dicunt, illo morbo eos esse morituros (Cic. Div. 2, 25, 54).
23. *Quicumque turpi fraude semel innovuit.*  
*Ettamsi verum dicit, amittit fidem* (Phaedr. 1, 10, 1).
24. *Discordia fit carior concordia* (Syr. 151).

### 711 (§ 493a)

1. Vir justus eas res spernit et negligit, ad quas plerique, inflammata aviditate, rapiuntur (Cic. Off. 2, 11, 38).
2. His quidem quidquam sanctum ac religiosum videri potest, qui, etiam si quando, aliquo metu adducti, deos placandos esse, arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant? (Cic. Font. 14, 31 [10, 21]).
3. Ariovistus, furore atque amentiam impulsus, bellum intulit (Caes. B. G. 1, 40, 4).

### 712 (§ 493b)

1. Naturale est mali sui fine gaudere (Sen. Ep. 78, 14).
2. Similibus similia gaudent (Macrob. 7, 7, 12).
3. Feris quoque ac barbaris hominibus et caede ac sanguine gaudentibus poemata tamen misericordiam interdum et lacrimas commovent (Mureti Orat. 11=vol. 2, p. 99).
4. *Pars hominum vitiis gaudet constanter* (Hor. Sat. 2, 7, 6).
5. Quam gaudebat bello suo Punico Naevius? quam Truculento Plautus, quam Pseudolo! (Cic. Sen. 14, 50).
6. Adulescentes senum praeceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur (Cic. Sen. 8, 26).
7. Simul atque natum animal est, gaudet voluptate et eam appetit, ut bonum, aspernatur dolorem, ut malum (Cic. Fin. 2, 10, 31).
8. *Gaude sorte tua!* (Hor. Epod. 16, 15).
9. Non gaudet navigio gubernator everso, non gaudet aegro medi-

- cus elato, non gaudet orator, si patrii culpa reus cecidit; at contra omnibus crimen suum voluptati est (Sen. Ep. 97, 11).
10. Quum privamur dolore, ipsa liberatione et vacuitate omnis molestiae gaudemus (Cic. Fin. 1, 11, 37).
11. *Numero deus impare gaudet* (V. Ecl. 8, 75).
12. Quod oculo lux est, idem est animo veritas, et, quem ad modum luce oculus gaudet, abhorret a tenebris, — sic animi nostri iis, quae vera sunt, gaudet; quae falsa sunt, ea aspernantur ac refugiunt (Mureti or. 11=v. 2, p. 100—101).
13. *Gaudes carminibus; carmina possumus*  
*Donare* (Hor. Od. 4, 8, 11).

### 713 (§ 493b)

1. Laetamur iis, quae recordamur. Stulti autem malorum memoria torquentur, sapientes bona praeterita, gratia recordatione renovata, delectant (Cic. Fin. 1, 17, 57).
2. Pace non modo ei, quibus naturam sensum dedit, sed etiam tecta atque agri mihi laetari videntur (Cic. Agr. 2, 4, 9).
3. Nulla re tam laetari soleo, quam meorum officiorum conscientiam (Cic. Fam. 5, 7, 2).
4. Polycrates anulum, quo delectabatur, in mari abjecerat (Cic. Fin. 5, 30, 92).
5. Socrates existimabat, deos immortales hominum piorum cultu et muneribus magnopere delectari (Lambinus ad Hor. Od. 3, 23, 18).
6. Locis ipsis delectamur, montuosis etiam et silvestribus, in quibus diutius commorati sumus (Cic. Lael. 19, 68).
7. Dicit non potest, quam sim hesternam disputationem tuam delectatus vel potius adjutus (Cic. Tusc. 2, 4, 10).
8. Quidam vitiis gloriantur (Sen. Ep. 28, 10).
9. Totam Italiam desiderio libertatis exarsit (Cic. Phil. 10, 9, 19).
10. Juvemem, flagrantem cupidine regni, ad exercitus misistis. Aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis (Liv. 21, 10, 4).
11. Saepe me querentem audistis, diversis duobus vitiis, avaritiam et luxuriam, civitatem laborare, quae pestes omnia magna imperia everterunt (Liv. 34, 4, 2).
12. Optimus quisque reipublicae curam maerebat; multi, odio praesentium et cupidine mutationis, suis quoque periculis laetabantur (Tac. Ann. 3, 44).

### 714 (§ 493c)

1. Vide, quam conversa res est! illum, quo antea confidebant, metuunt; hunc amant, quem timebant (Cic. Att. 8, 13, 2).
2. Homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire, furtim et per latrocinia potius, quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur (Sall. Jug. 4, 7).
3. Salus hominum non veritate solum, sed etiam fama nititur (Cic. Qu. fr. 1, 2, 2).



4. Duabus ancoris nititur (B. 850).
5. Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam fama potentiae, non sua vi nixae (Tac. Ann. 13, 19).
6. Omnes mortales dis sunt freti: sed tamen vidi ego, dis fretos saepe multos decipi (Pl. Cas. 348).
7. Sestius fretus sanctitate tribunatus venit in templum Castoris (Cic. Sest. 37, 79).

## 715 (§ 493d)

1. Nos nostras more nostro et modo instruximus legiones; item hostes contra legiones suas instruunt (Pl. Amph. 221).
2. Lacedaemoniorum moribus, summam virtus in patientia ponebatur (Nep. 7, 11, 4).
3. Scimus, nostris moribus, saltare etiam in vitiis poni (Nep. 15, 1, 2).
4. Nostro quidem more, cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur (Cic. Off. 1, 35, 129).
5. Ille magnus et nobilis est, qui, more magnae ferae, latratum minorum canum securus exaudit (Sen. Ira 2, 32, 3).
6. Ea plerumque nostris moribus sunt decora, quae apud Graecos turpia putantur (Nep. Praef. 6).
7. *Quum Romae iueris, Romano vivito more* (K. 2371).
8. Voluptates, latronum more, quos philetas Aegyptii vocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent (Sen. Ep. 51, 13).
9. Penes quos sunt auspicia more majorum? Nempe penes patres (Liv. 6, 41, 5).
10. Si non deum (=deorum) ira nec fato, cujus lege immobilis rerum humanarum ordo scribitur, sed culpa perimus ad Cannas, cujus tandem ea culpa fuit? (Liv. 25, 6, 6).
11. Quidquid lege factum est, vindicari lege non solet (Quint. Decl. 372 = p. 479 Lemaire).
12. Legibus et praemia proposita sunt virtutibus, et supplicia vitiis (Cic. De or. 1, 58, 247).
13. Adversus iasonem, tyrannum Thessaliae, Timotheus populi jussu bellum gessit (Nep. 13, 4, 3).
14. Jovis jussu venio (Pl. Amph. 19).
15. Quinti fratris domus inflammata (est) jussu Clodii (Cic. Att. 4, 3, 2).
16. Desertor dicitur miles, qui injussu ducis ac sine commeatu signa deserit (Forcellini in v. desertor).
17. Vetat Pythagoras injussu imperatoris, id est dei, de praesidio et statione vitae decedere (Cic. Sen. 20, 73).
18. Ad praedam miles permissu dictatoris discurrit (Liv. 5, 21, 14).
19. Hoc patrium est — potius consuefacere filium suam sponte recte facere, quam alieno metu (Ter. Ad. 74).
20. *Sponie sua numeros carmen veniebat ad aptos, Et, quod tentabam dicere, versus erat* (Ov. Tr. 4, 10, 25).
21. Scio, te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi pectus obscurasse (Pl. Trin. 666).

1. Omnes homines naturam libertati student (Caes. B. G. 3, 10, 3)
2. Naturam quidem omnibus novitatis incrementis adversam nobilitas (Quint. Decl. 3, 18 = p. 62 Lemaire).
3. Victoriam naturam insolens et superba est (Cic. Marc. 3, 9).
4. Eorum indicio ad ipsum Ambiorigem contendit (Basilius). (Caes. 6, 30, 1)
5. Vulgus ad clementiam suapte naturam proclive (Amm. Marc. 19, B. G. 10, 3).
6. Naturam tu illi pater es, consiliis ego (Ter. Ad. 126).
7. Probae fruges ipsae suapte naturam erant (Accius ap. Cic. Tusc. 2, 5, 13 = Diehl p. 77).
8. Se ipsos omnes naturam diligunt (Cic. Fin. 3, 18, 59).
9. Naturam omnes eam, quae bona videntur, sequuntur fugiuntque contrariam (Cic. Tusc. 4, 6, 12).
10. Si quisquam fuit unquam remotus et naturam et magis etiam ratione atque doctrinam ab inani laude et sermonibus vulgi, ego profecto is sum (Cic. Fam. 15, 4, 13).
11. Naturam inest in mentibus nostris insatiabilis quaedam cupiditas veri videndi (Cic. Tusc. 1, 19, 44).
12. Videre etiam licet, plerosque non tam naturam liberales, quam quaedam gloriam ductos, ut benefici videantur, facere multam, quae proficisci ab ostentatione magis, quam a voluntate videantur (Cic. Off. 1, 14, 44).
13. Labor voluptasque, dissimillimam naturam, societate quadam inter se naturali sunt junctam (Liv. 5, 4, 4).
14. Socrates, omnium eruditorum testimonio totiusque iudicio Graeciae, philosophorum omnium fuit princeps (Cic. De or. 3, 16, 59).
15. Isocrates intra parietes aluit eam gloriam, quam nemo, meo quidem iudicio, est postea consecutus (Cic. Brut. 8, 32).
16. Alere nolunt hominem edacem, et sapiunt, meam sententiam (Ter. Ph. 335).
17. Sine dubio magnus, omnium iudicio, hic vir (=Timoleon Corinthius) existit (Nep. 20, 1, 1).
18. Eudoxus, Platoni auditor, in astrologia, iudicio doctissimorum hominum, facile princeps fuit (Cic. Div. 2, 42, 87).
19. Cicero, perpetuo omnium aetatum consensu, inter Romanos scriptores eloquentiae laude numeratur primus (Mureti or. 6 = v. 2, p. 52).
20. Exemplo sapientium, plures caruisse liberis utilius duxere (Aur. Vict. Caes. 3, 6).
21. Pares cum paribus, vetere proverbio, facillime congregantur (Cic. Sen. 3, 7).
22. Dicitur vulgari quodam proverbio: qui me amat, amat et canem meum (Riley 82).
23. Quia stultus es, eam re taces, non tamen, quia taces, eam re stultus es (Ad Herenn. 4, 28, 39).



24. In summo ingenio atque optimis reipublicae moribus quamvis parvā vitia elūcent magis, eoque notantur facile (Aur. Vict. Caes. 41, 21).

### 717 (§ 493)

1. Adulescentium animi, molles aetate et fluxi, dolis haud difficulter capiebantur (Sall. Cat. 14, 5).
2. Membra mihi metu debilia sunt; animus timore obstipuit (Ter. Ad. 612).
3. Tarraccinam occupavere, moenibus situque magis, quam ipsorum ingenio tutam (Tac. Hist. 3, 57, 16).
4. Insignis hic annus (=349 ab Urbe condita) et expugnatione Athenarum et morte Darēi, regis Persarum, et exsilio Dionysii, Siciliae tyranni, fuit (Justin. 5, 8, 7).
5. *Laetus sorte tuā, vives sapienter, Aristi* (Hor. Ep. 1, 10, 44).
6. Campāni semper superbi (fuerunt) bonitate agrorum et fructuum magnitudine, urbis salubritate, discriptione, pulchritudine (Cic. Agr. 2, 35, 95).
7. Carthaginienses fraudulentum et mendaces (fuerunt) non genere, sed natura loci, quod propter portus suos multis et variis mercatorum et advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quaestus vocabantur (Cic. Agr. 2, 35, 95).
8. Ego virtute deum (=deorum) et majorum nostrum (=nostrorum) dives sum satis (Pl. Aul. 2, 1, 44=166).
9. Apud Romanos delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientiam validum erat, reipublicae consultabant; hi vel aetate, vel curae similitudine patres appellabantur (Sall. Cat. 6).

### 718 (§ 493)

1. Ex tui animi sententia, Longe, qui malam faciem habet, liber non est? (Quint. 6, 3, 32).
2. Ex gravissimorum auctorum sententia, disciplinā nihil aliud est, quam ratio quaedam, animos ad virtutis amorem vitiique odium adducens, et, quum hoc ipso, tum assuetudine quadam liberali, in officio homines continens (Lange apud Friedemannum, v. 1, p. 189).
3. Supplicatio ex decemvirorum decreto pro valetudine populi per triduum fuit, quia gravis pestilentia urbem atque agros vastabat (Liv. 38, 44, 7).

#### Ablativus limitationis

### 719 (§ 494)

1. *Ingenio plerumque caret, qui corpore praestat* (Bell. p. 60).
2. *Ad nullum consurgit opus, quum corpore languet, Mens* (Maximiani Eleg. 1, 125=Poetae lat. min. v. 5, p. 322).

3. *Magnus Alexander corpore parvus erat* (Riley 215).
4. Saucii saepe homines, quum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt (Cic. Caecin. 15, 42.).
5. Hannibalis miles alacer animis corporibusque arma capit atque in aciem procedit (Liv. 21, 55, 1).
6. Nobiscum nec animo est nec corpore (Cic. Phil. 12, 9, 23).
7. Homines inter se studiis, moribus, omni vitae ratione differunt (Cic. fragm.=vol. IV, p. 982 Or.).
8. Difficile est ea, quae commodis, utilitate et prope natura diversa sunt, voluntate conjungere (Cic. Qu. fr. 1, 1, 12, 36).
9. Est autem maritimis urbibus etiam quaedam corruptela ac demutatio morum: admiscuntur enim novis sermonibus ac disciplinis, et importantur non merces solum adventiciae, sed etiam mores. Jam, qui incolunt eas urbes, non haerent in suis sedibus, sed volucris semper spe et cogitatione rapiuntur a domo longius, atque etiam, quum manent corpore, animo tamen exsulant et vagantur (Cic. Rep. 2, 4, 7).
10. Hic meus amicus illi genere est proximus (Ter. Ad. 651).
11. Clare oculis video, pernix sum pedibus, manibus mobilis (Pl. Mil. 629).
12. Poeni in minorem Baliarium insulam trajecerunt, fertilem agro, — viris, armis haud aequae validam (Liv. 28, 37, 7).
13. Mos erat, a majoribus Lacedaemoniis traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis, quam imperio, ex duabus familiis Procli et Eurysthenis, qui principes ex progenie Herculis Spartae reges fuerunt (Nep. 17, 1, 2).
14. Phocion propter aetatem pedibus jam non valebat (Nep. 19, 3, 4).
15. Omnium societatum nullam praestantior est, nullam firmior, quam quum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate conjuncti (Cic. Off. 1, 17, 55).
16. Asia tam opima est ac fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum, quae exportentur, facile omnibus terris antecellat (Cic. Pomp. 6, 14).
17. *Habebat quidam filiam turpissimam Idemque insignem pulchram facie filium* (Phaedr. 3, 8, 1).
18. Mardonius, satrapes regius, natione Medus, et manu fortis et consilii plenus, haud ita magna manu Graeciae fugatus est (Nep. 4, 1).
19. Vir, ingenio et virtute praestans, L. Brutus, depulit a civibus suis injustum illud durae servitutis jugum (Cic. Rep. 2, 25, 46).
20. Homines, etsi aliis multis, tamen hoc uno plurimum a bestiis differunt, quod rationem habent, a natura datam (Cic. Fin. 2, 14, 45).



## 720 (§ 494)

- ① Italia metallorum fertilitate nullis cedit terris (Plin. N. H. 3, 24, 138).
- ② Mare Rubrum colore non abhorret a ceteris (Curt. 8, 9, 14).
- ③ *Non est discipulus par cognitione magistro* (B. 2160).
4. Culpa, quam poenā, tempore prior; emendari, quam peccare, posterius est (Tac. Ann. 15, 20, 12).
5. Quaedam aquae mortiferae sunt nec odore notabiles nec sapore. In Arcadia Styx advēna fallit, quia non facie, non odore suspecta est: qualia sunt magnorum artificum venēna. Est autem noxia aqua in Thessalia, quam et fera et pecus omne devitat; nec arbusta quidem ullā alit, et herbas necat (Sen. Nat. quaest. 3, 25, 1—2).
6. *Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot Thebarum portae, vel divitis ostia Nili* (Juv. 13, 26).
7. Pollicis minimus digitus mensurā par, ac duo reliqui sibi, inter quos medius longissime protenditur (Plin. N. H. 11, c. 99, 244).
8. *Rex erat Aeneas nobis, quo justior alter Nec pietate fuit nec bello major et armis* (V. Aen. 1, 544).
- ⑨ Erant in quadam civitate rex et reginā. Hi tres filias, formā conspicuas, habuere (Apul. Met. 4, c. 28 = p. 89 Vliet).
10. Hoc uno praestamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos et quod exprimere dicendo sensā possumus (Cic. De or. 1, 8, 32).
- ⑪ Domuisti gentes, immanitate barbaras, multitudine innumerabiles (Cic. Marc. 3, 8).
12. Oculis et auribus captus est (Cic. Tusc. 5, 40, 117).
13. Simiarum genera perfectam hominis imitationem continent, — facie, naribus, auribus, palpēbris, quas solae quadrupedum habent. Pedibus paullum differunt: sunt enim, ut manus praelongae (Plin. N. H. 11, c. 44 (100), 246).
- ⑭ *Sum grandaeus ego, nec tu minus albā capillis* (Maximiani Eleg. 2, 55 = Poetae lat. min. v. 5, p. 331).

## Abiatiuus mensurae

## 721 (§ 495)

- ① Quo plura habes, acrius, quae non habes, cupis (Curt. 7, 8, 20).
- ② *Quoque minor spes est, hoc magis ille cupit* (Ov. F. 2, 766).
3. *Venit amor gravius quo sertius* (Ov. Her. 4, 19).
4. Cato esse, quam videri, bonus malebat: ita, quo minus petebat gloriam, eo magis illā sequebatur (Sall. Cat. 54, 5).
5. Quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debetis (Liv. 34, 7, 15).
- ⑥ *Quo quis majorem possidet terrae locum*  
*Eo curā graviore afficitur* (Phaedr. App. 5, 15).

- ⑦ *Feminae formosae sunt plerumque hoc ipso, quod pulchrae sunt, superbae et feroces. Quo quaeque pulchrior est, eo pluribus placet, atque id ipsum pudicitiae ejus periculosum est* (Ernesti Initia doctr. solid., p. 598).
8. Apud me tibi omnis honos atque omne praemium erit, et, quo frequentior mecum fueris, senties, eam rem tibi dignitati atque emolumento esse (Liv. 23, 18, 4).
- ⑨ *Hoc reditus tuus est nobis jucundior, quo minus exspectatus* (Erasm. 1, 7).
10. *Longe praestat in arte*  
*Et sollertius est multo genus omne virile* (Lucr. 5, 1354).
11. Gravior multo poenā videtur, quae a miti viro constituitur (Sen. Clem. 1, 22).
- ⑫ *Multo plus intellegitur, quod oculis videtur, quam quod aure percipitur* (Hieron. = O. 251).
- ⑬ *Senectus non facit eā, quae juvenes, at vero multo majora et meliora facit* (Cic. Sen. 6, 17).
14. Multo illā vox durior: salvi sint improbi, scelerati, impii, delectantur innocentes, honesti, boni, totā respUBLICā! (Cic. Phil. 8, 5, 16).
15. Non enim, qui multa possidet, beatus est, sed multo ille beatior, qui non tantum divitias non concupiscit, sed iis, quas habet, ultro se spoliat, ut copiis suis aliorum inopiam sublevet (Mureti Or. 3 = vol. 2, p. 28).
- ⑭ *Luxuriam accusare aliquanto facilius est, quam vitare* (Val. Max. 9, 1, prooem).
17. Ingenia humana sunt ad suam cuique levandam culpam nimio plus fecunda (Liv. 28, 25, 14).
- ⑮ *Solem Epicurus tantum esse censet, quantus videtur, vel paulo aut majorem aut minorem* (Cic. Fin. 1, 6, 20).
19. *Me metuunt omnes et me nihilo minus omnes*  
*Mortales optant, quotquot hic orbis habet* (aenigma: «senectus»).

## 722 (§ 495)

1. *Heu, melior quanto sors tuā sorte mea est!* (Ov. F. 4, 520).
- ② *Quanto avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit* (Sall. Hist. 1, 48, 17).
3. *Quanto vos attentius ea agētis, tanto illis animus infirmior erit* (Sall. Cat. 52, 18).
4. Dicaearchus comparat, quanto plures delēti sint homines hominum impetu, id est bellis aut seditionibus, quam omni reliquā calamitate (Cic. Off. 2, 5, 16).
5. Recte praecipere videntur, qui monent, ut, quanto superiores simus, tanto nos geramus summissius (Cic. Off. 1, 26, 90).
6. *Quanto plura parasti, tanto plura cupis* (Hor. Ep. 2, 2, 147).
- ⑦ *Cogitandum est, quanto levior dolor sit non habere, quam perdere* (Sen. Tranq. 8, 2).



8. Tanto brevius omne, quanto felicius, tempus (Plin. Ep. 8, 14, 10).
9. *Aleātor, quanto in arte potior, tanto est nēquior* (Syr. 33).
10. In bona uxore tanto major laus, quanto in mala plus culpae est (Tac. Agr. 6).
11. Si corporis gravioribus morbis vitae jucunditas impeditur, quanto magis animi morbis impediri necesse est (Cic. Fin. 1, 18, 59).
12. *Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto mājor, qui peccat, habetur* (Juv. 8, 140).
13. Mihi cotidie augetur magis de filio aegritudo, et, quanto diutius abest, magis cupio tanto et magis des idēro (Ter. Heaut. 423).
14. Quisque non quanto plura possidet, sed quanto pauciora optat, tanto est locupletior (Consortin. c. 1, 4).
15. Si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidior tempestas erit (Plin. N. H. 18, c. 78, 344).
16. Bis tanto amīci sunt inter se, quam prius (Pl. Amph. 943).
17. Mihi versantur ante oculos Ulixes et Nestor, quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit (Tac. Dial. 16, 19).

#### Ablativus sociativus

#### 723 (§ 496)

1. Scipio profectus in Siciliam est triginta navibus longis (Liv. 28, 46, 1).
2. Tullus infesto exercitu in agrum Albānum pergīt (Liv. 1, 23, 4).
3. Metellus intento atque infesto exercitu in Numidiam procedit (Sall. Jug. 46, 5).
4. Pompejus omnibus copiis ad Asparagium pervēnit (Caes. B. C. 3, 30, 7).
5. Quum advesperasceret, expedito exercitu noctu iter feci (Cic. Fam. 15, 4, 8).
6. Albāni ingenti exercitu in agrum Romanum impētum fecere (Liv. 1, 23, 3).
7. Pontem Mulvium magno comitatu legati Allobrogum ingredi incipiunt (Cic. Cat. 3, 2, 6).
8. Aduatūci, quum omnibus copiis auxilio Nervii venirent, hac pugna nuntiata ex itinere domum revertērunt (Caes. B. G. 2, 28, 1).
9. Labienus cum omnibus copiis ad Caesarem pervēnit (Caes. B. G. 7, 62, 10).
10. Helvetii cum omnibus suis carris secuti sunt (Caes. B. G. 1, 24, 4).
11. Mihi littērae redditae sunt, Pacōrum cum permagno equitatu transisse Euphratem (Cic. Fam. 15, 1, 2).
12. Parthi Euphraten transierunt cum cunctis fere copiis (Cic. Att. 5, 18, 1).

#### Ablativus modi

#### 724 (§ 497a)

1. Aliud est poetarum more verba fundere, aliud — ea, quae dicas, ratione et arte distinguere (Cic. Fin. 4, 4, 10).
2. Armati per Urbem silentio in Aventinum perveniunt (Liv. 3, 54, 11).
3. Galli, silentio ex castris egressi, ad campestris munitiones accedunt (Caes. B. G. 7, 81, 1).
4. Errat, si quis existimat, facilem rem esse donare: plurimum ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu et impetu spargitur (Sen. Vita 24, 1).
5. *Dis proximus ille est, Quem ratio, non ira movet, qui, facta rependens, Consilio punire potest* (Claudiani De consulatu Fl. Mallii Theodori, 227).
6. Nemo est casu bonus. Discenda virtus est (Sen. Ep. 123, 16).
7. Ariovistus respondit, se neque Aeduis, neque eorum sociis injuria bellum illaturum (Caes. B. G. 1, 36, 5).

#### 725 (§ 497b)

1. Non, mehercule, aequo animo te careo (Cic. Att. 4, 18, 5).
2. Iis, qui aetate et scientia praestant, animo aequiore reliqui parent (Varro R. R. 2, 10, 2).
3. Maximo semper animo victis regibus populisque ignovistis (Liv. 37, 45, 8).
4. Neque animo aequo pauperes alienam opulentiam intuentur fortunam (Nep. 12, 3, 3).
5. Sapientissimus quisque aequissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo (Cic. Sen. 23, 83).
6. Ego valde suspensio animo exspecto primum te scilicet, deinde Mariōnem cum tuis litteris (Cic. Fam. 16, 3, 2).
7. Quid est aliud Gigantum modo bellare cum dis, nisi naturae repugnare? (Cic. Sen. 2, 5).
8. A. Que modo se res habent tuae?—B. Ut solent iis, quibus superi sunt parum propitii (Erasm. 1, 17).
9. Historiam, quoquo modo scriptam, delectat: sunt enim homines naturam curiosi et quamlibet nudam rerum cognitione capiuntur (Plin. Ep. 5, 8, 4).
10. Omnes, quibus res sunt minus secundae, magis sunt nescio quo modo suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis (Ter. Ad. 605).
11. Nescio quo modo bonae mentis soror est paupertas (Petron. 84).
12. Apud Euripidem in Hercule Furenti chorus, qui e senibus constat, juventutem quidem celebrat ac praedicat, malam vero, ut veteres loquebantur, aetatem miris modis exagitat eique multa mala precatur. Et apud Plautum non raro ita senes de aetate



sua, ut de gravi aliquo ac ponderōso onēre loquuntur (Muretus, Var. lect. 28=v. 2, p. 155. Teubn.).

13. Quā ratione carnem ad diuturnitatem usūs admixtio salis servat? (Macrob. 7, 12, 2).
14. Movemur nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt vestigia (Cic. Leg. 2, 2, 4).
15. Non eadem celeritate discimus, quā obliviscimur (Mureti Orat. 15=v. 2, p. 132).
16. Sidēra circūlos suos conficiunt celeritate mirabili (Cic. Rep. 6, 15).
17. Raro scelestus admissi facinōris aut culpa commissae poenam effūgit: culpam enim consequitur poenā, si non statim neque pari celeritate, at aliquanto (Lambinus ad Hor. Od. 3, 2, 31).
18. Eādē velocitate et sequimur et fugimus (Curt. 7, 8, 22).

### 726 (§ 497b)

1. Eādē aequitate animi vir bonus tulit adversā, quā et prospērā exceperat (Mureti Orat. 3=v. 2, p. 27).
2. Bellum in Sicilia jam alterum annum ingenti dimicatiōne geritur (Liv. 25, 6, 20).
3. Fons ejus amnis, ex summo montis cacumine excurrens, in subjectam petram magno strepītu aquarum cadit (Curt. 3, 1, 3).
4. Decemviri prodeunt in contionem abdicantque se magistratu, ingenti hominum laetitia (Liv. 3, 54, 6).
5. De sua potentia dimicant homines periculo civitatis (Cic. Att. 7, 3, 4).
6. Si propter socios, nullā ipsi injuriā lacessiti, majores nostri cum Antiōcho, cum Philippo, cum Aetōlis, cum Poenis bella gesserunt, quanto vos studio convēnit, injuriis provocatos, sociorum salutem unā cum imperii vestri dignitate defendere? (Cic. Pomp. 6, 14).
7. Ultus est hujus victoriae crudelitatem postea Sulla: ne dici quidem opus est, quanta diminutiōne civium et quanta calamitate reipublicae (Cic. Cat. 3, 10, 24).
8. Cobāres, natione Medus, adicit, quod apud Bactriānos vulgo usurpabant, canem timīdum vehementius latrare, quam mordēre, altissimā quaeque flumina minimo sono labi (Curt. 7, 4, 13).
9. Testitudīneo gradu movēris (O. 7557).
10. Maximo pericūlo custoditur, quod multis placet (Syr. 360).
11. Sedemus desides domi, mulierum ritu, inter nos altercantes (Liv. 3, 68, 8).
12. Sumitur bellum etiam ab ignāvis: strenuissimi cujusque pericūlo geritur (Tac. Hist. 4, 69).
13. A. Dic bonā fide, Glycion, quot annos numēras?— B. Sexaginta sex (Erasm. 1, 242).
14. Usque ad meridiem aequis viribus ac prope pari spe pugnatum est (Liv. 34, 47, 5).

15. Feles quo silentio, quam levibus vestigiis obrēpunt avibus! quam occulte speculatae in musculos exsiliunt! (Plin. N. H. 10, 202).
16. Cato inexpiabili odio delendam esse Carthaginem pronuntiabat; Scipio Nasicā — servandum (Flor. 2, 15, 4).
17. Aliēno more vivendum est mihi (Ter. Andr. 152).
18. *Incedunt victae longo ordine gentes,*  
*Quam variae linguis, habitu tam vestis et armis* (V. Aen. 8, 722).

### 727 (§ 497b)

1. *Quisquis habet nummos, securā navigat aurā,*  
*Fortunamque suo tempērat arbitrio* (Petron. 137).
2. *Uno namque modo vina Venusque nocent:*  
*Multos caecus amor cōgit secretā fateri,*  
*Arcanum demens delēgit ebrietas* (Anth. 535 M.).
3. *Aetate fruere: mobili cursu fugit* (Sen. Phaedra 447).
4. *Tacito nam tempora gressu*  
*Diffugiunt, nulloque sono convertitur annus* (Colum. 10, 159).
5. *Tremuloque gradu vēnit aegrā senectus* (Ov. Met. 14, 143).
6. *Passibus ambiguīs fortunā volubilis errat*  
*Et manet in nullo certā tēnaxque loco* (Ov. Tr. 5, 8, 15).
7. *Luxuriant animi rēbus plerumque secundis,*  
*Nec facile est aequā commōdā mente pati* (Ov. A. A. 2, 437).
8. *Divitiae grandes hōmini sunt vivere parce*  
*Aequo animo: neque enim est unquam pēnuriā parvi* (Lucret. 5, 1117).
9. *Quis tūror est atram bellis arcessere mortem?*  
*Imminet et tacito clam vēnit illā pede* (Tib. 1, 10, 33).
10. *Blando clamore nepotes*  
*Tendebant ad avos brachia parvā suos* (Ov. F. 3, 221).

### 728 (§ 497b)

1. Semper magno cum metu incipio dicere (Cic. Cluent. 18, 51).
2. Omnia cum approbatione ingenti sunt audita (Liv. 34, 48, 5).
3. Perdidici, istaec esse verā, damno cum magno meo (Pl. Asin. 187).
4. Beātus est nemo, qui eā lege vivit, ut non modo impūne, sed etiam cum summa interfectōris gloriā interfici, possit (Cic. Phil. 1, 14, 35).
5. *Sic quum transterint mei*  
*Nulla cum strepītu dies,*  
*Plebejus moriar senex* (Sen. Thy. 398).

### 729 (§ 497c)

1. Summā scelera incipiuntur cum pericūlo, peraguntur cum praemio (Tac. Ann. 12, 67).
2. Rem hanc cum cura geras (Pl. Persa 198).
3. Si vitā, doloribus refertā, maxime fugienda est, summum profecto malum est — vivere cum dolore (Cic. Fin. 1, 12, 41).



4. Marcōne Crasso putas utile fuisse — scire, sibi cum ignominia et dedecōre esse pereundum? (Cic. Div. 2, 9, 22).
- ⑤ Isocrātes videbat, oratores cum severitate audiri, poētas autem cum voluptate (Cic. Or. 52, 174).

#### Ablativus qualitatis

#### 730 (§ 498)

1. Fuit quidam summo ingenio vir, Zeno, cujus inventorū aemūli Stoīci nominantur (Cic. Mur. 29, 61).
- ② In hac insulā extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethūsā est incredibīli magnitudine, plenissimus piscium (Cic. Verr. 4, 53, 118).
3. Interfectus est propter quasdam seditio-  
num suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, majoribus (Cic. Cat. 1, 2, 4).
4. Ti. Gracchus convellit statum civitatis, quā gravitāte vir, quā eloquentiā, quā dignitāte! Secutus est C. Gracchus, quo ingenio, quā eloquentiā, quantā vi, quantā gravitāte dicendi! (Cic. Har. 19, 41).
- ⑤ Atque ibi ego aspicio formā eximiā muliērem, filius quam advexit meus matri ancillam suae. Quam ego postquam aspexi, non ita amo, ut sani solent homines, sed eodem pacto, ut insāni solent (Pl. Merc. 260).
6. Quam multā ex terra arboribusque gignuntur quum copiā facili-  
tum suavitate praestandi (Cic. Tusc. 5, 43, 99).
7. Nolo existimes, me adiutorem huic venisse, sed auditorem, e-  
quidem aequum, libero iudicio (Cic. N. D. 1, 7, 17).
8. Homines infimā fortunā, nullā spe rerum gerendarum opifices denique delectantur historiā (Cic. Fin. 5, 19, 52).
- ⑨ Vixit ad summam senectutem valetudine optimā (Cic. Hortens. fragm. 11 Klotz=p. 283).

#### 731 (§ 498)

- ① Incredibīli sum sollicitudine de tua valetudine (Cic. Fam. 16, 15, 1).
2. Omnes et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt per-  
petuā in ea civitate, quae libertate usa est (Nep. 1, 8, 3).
- ③ Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis (Ennius Diehl=p. 37).
- ④ Cervus erat formā praestanti et cornibus ingens (V. Aen. 7, 483).
- ⑤ Satyri pedibus erant caprinis et auribus acūtis (Dillenburger ad Hor. Od. 2, 19).
- ⑥ Si ferae partūs suos diligunt, quā nos in liberos nostros indulgentiā esse debemus? (Cic. De or. 2, 40, 168).
- ⑦ Non, qui firmo ac valenti corpore est, felix, sed ille, qui in corpore quamlibet infirmo perpetuam animi retinet firmitatem (Mureti Orat. 3=v. 2, p. 28).

- ⑧ Apes non sunt solitariā naturā, ut aquilae, sed ut homines (Varro R. R. 3, 16, 4).
9. Omnes, qui maximo animo excellentique ingenio sunt, gloriam ardentem expētunt, et illius causā non inviti res honestissimas atque difficillimas aggrediuntur (Osorius, De gloria 1, 4).
- ⑩ Bona valetudo jucundior est iis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam aegro corpore fuerunt (Cic. Post red. ad Quir. 1, 1, 4).
- ⑪ Pythagoram ajunt e modūlo pedis, quantā corporis mole fuisset Hercules, judicasse (Mureti Ep. 97=p. 146).
12. Quintum Scaevōlam augūrem, memoriā teneo, bello Marsico, quum esset summā senectute et perditā valetudine, cotidie, simul atque luceret, facere omnibus conveniendi potestatem sui (Cic. Phil. 8, 10, 31).

#### Родительный падеж Genetivus

#### GENETIVUS ПРИ СУЩЕСТВИТЕЛЬНЫХ

#### Genetivus possessivus

#### 732 (§ 501)

1. Irascentium flagrant oculi, multus ore rubor, labia quatuntur, dentes comprimuntur, horrent ac subriguntur capilli (Sen. Ira 1, 1, 4).
2. Mortale est omne mortalium bonum (Sen. Ep. 98, 9).
3. Alia officia sunt juvenum, alia seniorum (Cic. Off., 1, 34, 122).
4. Adulatio perpetuum malum regum (Curt. 8, 5, 6).
5. Discipulus est prioris posterior dies (Syr. 143).
6. Omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat, radices stirpesque non item (Cic. Or. 43, 147).
7. Cato dixit, litterarum radices amaras esse, fructus jucundiores (Fragm. orat. p. 89 Meier).
8. Multum magnorum virorum iudicio credo (Sen. Ep. 45, 4).
9. Graviores ac difficilliores animi morbi sunt, quam corporis (Incerti auctoris Consolatio 43, 150=413 Klotz).
10. Humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat (Val. Max. 5, 1, ext. 6). *Minuti*
11. *Semper, et infirmi est animi exiguae voluptas Ultio* (Juv. 13, 189).
12. Morum similitudo mutuum amorem conciliat (Acolastus, 104).
13. Veritatis simplex oratio est (Sen. Ep. 49, 12).
14. Stuporem hominis, vel dicam pecūdis, attendite (Cic. Phil. 2, 12, 30).
15. Consuetudinis magna vis est (Cic. Tusc. 2, 17, 40).